



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Thomæ Comptoni Carleton, Cantabrigiensis,
Societatis Jesu, In Collegio Anglicano Leodiensi Sacrae
Theologiae Professoris, Cursus Philosophicus Universus**

Carleton, Thomas Compton

Antverpiæ, M.DC.XCVII.

Ex libris de Ortu, & interitu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95656](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95656)

DISPUTATIONES IN LIBROS ARIST.

DE ORTU ET INTERITU.



N libris de Cælo egit Aristoteles de corporibus incorruptibilibus, quæ passim æterna vocat, utpote quæ nullâ vi agentium naturalium destrui possunt, ut ibidem vidimus d. 1. sect. 2. Nunc de rebus quæ corruptioni subjacent, aliquid speciatim addendum: in Physicis enim generalia tantum quædam tradita sunt principia, eaque ut plurimum rebus corruptibilibus & incorruptibilibus communia. Hic ergo sigillatim de corruptibilibus disputandum.

DISPUTATIO PRIMA.

De Generatione Substantiali.

SECTIO PRIMA.

Quid sit Generatio Substantialis.

I.
Triplex Ge-
nerationis
acceptio.

Latissima.

Strictissima.

Media.

Generatio
partialis, seu
Aggenera-
tio.

II.
Statuitur
Definitio
Generatio-
nis.

Quomodo
Generatio
differt ab
Alteratio-
ne.

III.
Quomodo
differt
mutari per
aliud, &
mutari in
aliud.

Tripliciter sumi solet Generatio: primò latissimè pro quacunque productione alicujus ex *subiecto*, prout opponitur creationi: & hoc sensu dicitur accidens generari, dum educitur è subiecto. Secundò strictissimè, prout importat productionem *viuentis à vivente in similitudinem naturæ*: de qua postea. Tertio demum medio quodam modo, prout significat productionem *substantiæ in rebus mutabilibus*: & hæc vocatur generatio simpliciter, sicut substantia ejus terminus dicitur ens simpliciter. Hæc verò etiam generatio duplex est juxta suum terminum, seu formam quam producit, quæ, si solum sit partialis (ut cum nova tantum pars producit, & adjungitur præcedentibus) dicitur *aggeneratio*, seu *nutritio*: si verò sit totalis, dicitur simpliciter generatio. Et de hac agimus in præsentia.

Generationem ergo hoc modo acceptam sic definit cum Aristotele hic ca. 4. communis Peripateticorum schola, *Generatio est mutatio totius in totum, nullò sensibili m.ente, ut subiecto eodem*. Mutatio ponitur loco generis, non quòd reverà sit genus omni generationi substantiali, cum prima generatio rerum non fuerit mutatio, ubi scilicet forma producta est eodem primo instante cum materiâ: sed in opinione Aristotelis; materia erat ab æterno, sicque conformiter loquitur ad suam sententiam. Per particulas *totius in totum* differt Generatio ab *alteratione*, seu productione accidentali, ubi totum, seu compositum substantiale, quod simpliciter vocatur totum, adhuc manet, nec enim corumpitur compositum substantiale, lignum v.g. vel lapis, ex eo quòd de frigidis redantur calida.

Nec urget quod obijciunt aliqui, id quod mutatur, debere manere: hoc enim solum verum est de eo quod mutatur *per aliud*, non *in aliud*: ipsa enim vox *mutationis in aliud* denotat debere perire id quod mutatur. Hic autem notandum, quod in Physicis disp. 1. cum de principiis corporis naturalis latè ostendi duplicem scilicet esse mutationem, *causalem* & *formalem*, & hinc sermonem præcipuè esse de cau-

sali, seu de actione ipsâ, per quam producit *mutatio formalis*, seu terminus, per quem subiectum mutatur. Nec, cum dicitur *totum mutari*, intelligi necessariò debet totum adæquatè, manet enim adhuc materia in omni Generatione naturali, sed solum intelligitur totum inadæquatè, quod sufficit, ut dicatur tum destrui, & mutari; destructa enim, vel unionem, vel alterâ parte, non amplius manet totum.

Notandum tamen, hanc definitionem non esse essentialem, ut vult Ruvius hic c. 4. tr. 1. q. 3. & Cornib. q. 9. ar. 1. tum quia non omnis generatio substantialis est essentialiter mutatio, ut diximus, tum quia non necessariò debet perire forma quæ præcessit, cum per divinam potentiam possit induci forma ignis in materiam ligni, & tamen forma ligni non expelli, quo casu non esset mutatio *formaliter*, sed solum *radicaliter*, loquendo de mutatione completâ. Imò videtur hæc definitio, sumpta ut jacet, convenire alicui creationi: si enim crearetur unio inter materiam & formam, esset ibi mutatio totius in totum, & tamen esset creatio. Propriè tamen & rigorosè loquendo non esset mutatio, hæc enim strictè sumpta requirere videtur subiectum sustentationis.

Essentialis ergo definitio generationis substantialis tradi hoc modo posset: *Esteductio formæ, vel unionis substantialis ex potentiâ materiæ*: unde licet formæ cæli (posito quòd in ipso sint) dicantur concreatæ, sicut & formæ rerum omnium substantialium in primâ rerum productione, quia formæ simul productæ fuerunt cum materiâ, ipsarum tamen productio verè fuit generatio, cum educæ fuerint è potentiâ materiæ, ut ostendi in Physicis d. 5. Sicut etiam si Deus simul cum formâ in composito aliquo substantiali destrueret materiam, licet destructio illa seu suspensio concursus dici aliquo modo possit annihilatio, cum hoc sensu designat in nihilum, id est, nihil maneat illius, è cujus potentiâ educeretur, magis tamen propriè diceretur corruptio, ut in Phys. etiam notavi, cum corruptio dicatur suspensio omnis actionis quæ penderat materialiter à subiecto: & hoc sensu non definit in nihilum, hoc est, non est suspensio productionis rei ex nihilo, quod tamen requiritur ad veram rationem annihilationis: quòd enim existat subiectum post destruc-

Mutatio duplex, causalis, & formalis.

IV.
Hæc Generationis definitio non est essentialis.

Mutatio radicalis.

V.
Essentialis definitio Generationis substantialis.

Quid requiratur ad conceptum creationis, & annihilationis.

structionem formæ, non magis facit ad conceptum annihilationis, quam quodd existerit ante productionem formæ facit ad conceptum creationis. Sed de hoc postea redibit sermo.

VI.
Generatio
substantialis
consistit in
productione
unionis non
formæ.

Generatio substantialis consistit propriè & formaliter in actione productivâ unionis, non formæ substantialis. Ratio est primò, quia illa sola actio est propriè generatio compositi, quæ essentialiter habet connexionem cum composito, huiusmodi autem est sola productio unionis, ut est manifestum. Secundò, quia ad corruptionem solius unionis dicitur compositum corrumpi, ut constat in homine, ergo ad generationem, seu productionem solius unionis dicitur eodem modo compositum produci. Tertiò, si forma esset à se, seu improducta, & sola unio produceretur, compositum diceretur verè produci, & non esse à se: ergo productio compositi sequitur productionem unionis, non formæ. Quartò, homo dicitur generatus licet forma creetur. Quintò, jam non est compositum S. Petri, licet existat ejus anima & materia, ergo ratio productionis compositi tribuenda est unioni. Ratio demum à priori horum omnium est, cum sit ipsa compositio, ac proinde ad ipsius productionem, vel corruptionem dicitur produci, vel corrumpi compositum.

Ratio à
priori, cur
generatio
substantialis
consistat in
productione
unionis.

VII.
Per sensibile
intelligit
Aristoteles
compositum
substantialis.

Subiectum
sensibile
sumitur hic
specificativè,
non re-
duplicativè.

Per particulas illas nullo sensibili manente, ut subiecto eodem, intelligit Aristoteles ipsum totum substantiale sensibile, seu subiectum denominationis: variis enim locis accipit Aristoteles sensibile pro ipso composito substantiali, sicut cum hic c. 4. ait: *Alteratio est, cum subiectum sensibile remanet, & infra subdit, cum verò totum mutatur, & nihil sensibile, ut ejusdem subiectum remanet, generatio est: ubi per subiectum sensibile, manifestum est intelligere Aristotelem ipsum compositum substantiale, non quidem sumendo sensibile reduplicativè, sic enim involvit accidentia, quæ solum percipiuntur sensibus, & tamen certum est, illa non esse subiectum, nec partiale, formæ substantialis: sumi proinde solum debet specificativè. Nec refert quòd totum non sit subiectum receptionis accidentium, utpote quæ subiectantur in solâ materiâ, non in formâ, juxta dicta in Phy. loquitur enim Aristoteles de subiecto denominationis: totum autem est subiectum denominationis; nam lapis dicitur frigidus, homo albus, aer lucidus &c. esto albedo, frigus, & lux recipiantur in solâ materiâ & nec partialiter in formâ.*

SECTIO II.

Num in Generatione substantiali detur resolutio usque ad materiam primam.

I.
Status qua-
stionis aper-
tur.

Est ergo Generatio substantialis juxta Aristotelem, ut vidimus, mutatio totius in totum nullo sensibili manente, ut subiecto eodem. Ex occasione postremæ definitionis hujus partis, nullo sensibili manente, ut subiecto eodem, oritur difficultas, utrum destructâ aliquâ substantiâ, aquâ v. g. vel igne, unâ cum ipsâ pereant omnia illius accidentia, ita ut nulla accidentia substantiæ corruptæ maneat in eâ, quæ ipsi succedit, seu in quam convertitur.

II.
I. Sent. affe-
rit dari res-
olutionem us-
que ad ma-
teriam pri-
mam.

Prima sententia est affirmativa, nempe quoties substantia aliqua perit, & in aliam convertitur, lignum v. g. in ignem, nihil vel substantiale, vel accidentale prioris compositi manere, præter materiam: quod est fieri resolutionem usque ad materiam primam: ita Alensis 4. p. q. 57. memb. 4. Cajet. de ente & essentia c. 7. q. 17. Javell. 8. Met. q. 7. Ferr. l. 4. cont. Gen. c. 8. l. Soncin. 8. Met. q. 9. Capreo. in 2. d. 3. q. 1. a. 3. Ban. l. 1. de Gen. c. 4. q. 10. Conimb. l. 1. de Gener. c. 4. q. 18. a. 2. Fonse. 5. Met. c. 28. q. 20. f. 2.

Complut. l. 1. de Gen. d. 3. q. 6. Joan. à S. Thoma. q. 1. de Gen. a. 6. Rubius de Gen. c. 4. trac. 2. q. 4. Citari etiam solet S. Thomas, de ejus tamen mente hac in re non satis constat.

Secunda sententia negat in generationibus, & conversionibus substantialibus fieri resolutionem usque ad materiam primam, sed ait accidentia aliqua corrupti manere in genito, seu in eo quod de novo producitur, ita Ockam quodl. 2. q. 11. Greg. in 1. d. 12. q. 2. a. 1. Gabr. in 1. d. 16. q. un. Henric. quodl. 15. q. 7. Suar. d. 14. Met. f. 3. n. 20. & seqq. Perer. l. 5. Phys. c. 18. Murcia l. 1. de Gen. d. 1. q. 5. Hurt. d. 1. de Gen. f. 5. Arriag. d. 5. Phys. f. 2. n. 11. Oviedo Contr. de Gen. p. 3. & alij. Pro hac etiam sententiâ citatur S. Thomas variis locis, ut 3. p. q. 9. a. 3. ad 2. Ubi expressè docet calorem qui erat dispositio ad formam ignis, adveniente formâ non destrui, sed simul cum illâ persistere. Idem alibi sæpè asserit S. Doctor, ut meritò censeretur possit huic sententiæ non le- viter favere.

III.
2. Sent. no-
gat.

Favet huic
sententiæ
S. Thomas.

Notandum, accidentia quæ in compositis substantialibus reperiuntur, esse in duplici differentiâ: quædam enim sunt communia, quales sunt primæ qualitates, in gradibus saltem remissis, hæ enim in omnibus compositis reperiuntur, sicut & aliquæ secundæ, ut albedo, nigredo, odor, sapor &c. & quantitas omnibus compositis est communis. Alia accidentia sunt particularia, quæ nimirum à propriis formis dimanant, ut sunt passionēs, ac proprietates. Quæstio ergo procedit de accidentibus tantum communibus, particularia enim unâ cum formis, quarum sunt passionēs, intercidunt.

IV.
Duo genera
acciden-
tium: que-
dam com-
munia sunt,
quædam
particularia.

Sermo si de
accidentibus
communibus.

Conclusio: in generatione substantiali non fit resolutio usque ad materiam primam, sed accidentia semper aliqua corrupti manent in novo genito: ita auctores secundæ sententiæ. Probatur primo ex Aristotele l. 1. de Gen. c. 4. t. 24. Ubi asserit substantiam genitam aliquas affectiones habere substantiæ corruptæ. Et l. 2. t. 27. ait elementa symbola inter se facilius transmutari, quia altera semper qualitas elementi corrupti remanet in elemento de novo producto.

V.
In genera-
tione sub-
stantiali non
fit resolutio
usque ad
materiam
primam.

SECTIO III.

Ratione ostenditur in generatione substantiali non dari resolutionem usque ad materiam primam.

Secundò probatur conclusio ratione: experientiâ enim ipsâ constat, accidentia aliqua remanere in genito, quæ erant in corrupto, in homine mortuo ex. g. præsertim subito, manet eadem figura, color, calor, gravitas, & huiusmodi alia, ergo &c. dicere enim, quod affirmant aliqui, perire priora accidentia, ita alia omnino similia eorum loco emergere, nullum habere videtur fundamentum. Deinde, à quo producentur illa nova accidentia: non à formâ priori, cum illa, in instante quo producuntur hæc accidentia, non existat: nec à formâ jam recens productâ, quia hæc accidentia sunt dispositiones ad illam formam, & consequenter naturâ priora illâ, ergo non possunt ab eâ efficienter produci, sic enim daretur mutua prioritas in Physicis impugnata, d. 2. r. Dices; produci à solo Deo. Contrâ, non est dubium quin Deus, si velit, possit producere alia prioribus omnino similia, non tamen apparet cur id præstet, nec cur priora corrumpantur.

I.

Accidentia
quædam
manent in
genito.

Dices; rationem cur priora corrumpantur esse, quia cum subiectantur in toto composito, seu in materiâ simul & formâ, destructâ formâ, seu alterâ subiecti,

II.

Accidentia
in subje-
ctum in
mo, sicque
ut toto de-
finito per-
eant.

III.
Si priora
accidentia
prestant, non
est cur alia
ijs similia
producantur.

IV.
Accidentia
producentia
sepe sunt
formae tunc
productae,
contraria.

V.
Transitus
ab extremo
ad extremum
sine medio.

VI.
Quomodo
intelligatur
hoc dictum:
Non potest
dari transi-
tus ab ex-

subiecti parte, non possunt manere accidentia eadem, sic enim mutatur subiectum. Sed contra primò, in Phys. d. 5. ostensum est accidentia non subiectari in formam: tum quia in homine non subiectantur in formam animam scilicet rationalem, sed in solam materiam, tum etiam quia sunt dispositiones ad formam, & consequenter priores naturam illam, ergo non possunt subiectari, seu causari materialiter ab eadem, sic enim daretur mutua prioritas.

Contra secundò, si enim per eant accidentia priora, nulla est ratio cur prioribus omnino similia producantur: ut si canis aliquis, vel equus diversorum colorum maculas habens, moriatur, cur alia omnino similes maculae redeant? certe forma cadaveris, quae succedit formae praecedenti, illas non petit, ut est manifestum, cum postea maneat sine illis, imò primò sine eis, aut etiam similibus connaturaliter potuisse produci: & in homine albo qui moritur, non magis requirit formam cadaveris succedens albedinem, quam alium colorem, cum paulatim albedo illa amittatur, & pereat: si ergo amittitur tota albedo eodem instante, quo homo moritur, cur alia priori omnino similis, & non potius subniger, aut quasi fuscus color illius loco oriatur? cum maiorem proportionem habeant hi colores cum forma cadaveris. Idem est de calore, odore, & alijs accidentibus in homine subito moriente.

Contra tertio, quando forma ignis primò introducit in materiam ligni, vel aeris, aliquid frigoris & humiditatis in materiam illam remanet, ergo si omnia priora accidentia in illo instante destruantur, non est cur alia ijs similia denudò producantur, cum forma ignis potius sint opposita, quam ad eam dispositionem, sed produci deberet calor ut octo, & siccitas in gradu valde intenso, non gradus aliquis humiditatis, aut frigoris.

Dices; ideo accidentia prioribus similia denudò produci, ne detur transitus ab extremo ad extremum sine medio, quod tamen contingeret si summus gradus repentè produceretur loco accidentium quae corrumpuntur, ac proinde alia, similia destructis, produci eorum loco debent, quae paulatim destruantur. Contra primò, si priora accidentia manerent, possent paulatim destrui, sicque non daretur transitus ab extremo ad extremum sine medio.

Contra secundò, dictum illud, non posse dari transitum ab extremo ad extremum sine medio, tunc solum intelligitur non posse contingere, quando est medium impediens, seu contrarium resistens; si autem, ex suppositione adversariorum, tollatur contrarium resistens, tunc in instante poterit produci intensus calor, aut frigus, non minus quam lux intensa, aut alia

qualitas non habens contrarium: ergo in instante A, tremo ad quando corrumpitur omne frigus in materiam ligni extremum secundum adversarios, quidni ignis producat calorem sine medio. ut octo? cum nihil sit quod impediatur, ergo non debent naturaliter produci tot partes frigoris omnino similes ijs, quae erant antea in illa materia, cum agentia particularia aliud requirant. Deinde, in aliquibus, nempe in qualitatibus non activis datur immediata transitus saepe transitus ab extremo ad extremum, ut ab albo ad nigrum, non transeundo per colores intermedios: in his ergo non est necessarium ut producantur colores omnino similes destructis, quod tamen fateri debent adversarii, cum in homine subito moriente iidem colores sint per aliquod tempus post, qui erant ante mortem.

Nec video, praeter iam dicta, quid magni momenti obijci possit pro hac sententia: quod enim opponunt Conimbricenses hic c. 4. q. 18. ar. 2. sequi arctiorem habere connexionem materiam cum accidente, quantitate scilicet, quam cum forma substantiali, cum tamen quantitate uniatur solum per accidens, hoc, inquam, leve est: quid enim mirum materiam tam arctam habere connexionem cum quantitate, cum haec sit illius proprietas, seu passio, quam determinatè petit, sicut res aliae petunt suas passiones, ut Angelus, & anima intellectum, & voluntatem. Formam autem substantialem, esto aliquam petat, non tamen hanc determinatè, sed sufficit si habeat ullam. Deinde, quantitas non habet quidquam sibi oppositum, per quod expellatur, sicut habent formae substantiales, quae ab eodem subiecto mutuo se expellunt, non minus quam frigus calorem.

Quod ergo additur de unione per accidens quantitatis cum materia, est æquivocum: si enim intelligatur uniri per accidens esse uniri unione accidentali, seu quae sit accidens, est verum, sed eodem modo hoc sensu anima unitur per accidens suis proprietatibus, & passionibus, intellectui scilicet & voluntati, à quibus tamen difficilius separatur, quam à materia seu corpore, cui unitur unione substantiali, cum etiam separata illas retineat, nec ullam naturali vi orbari ijs possit. Si verò per uniri per accidens, intelligant uniri contingenter, ita ut merè per accidens sit materia, quod habeat quantitatem, sicut paries per accidens unitur albedini, & è contra, & una pars mensae, vel navis alteri: hoc sensu materia non unitur quantitati per accidens, sed maxime per se requiritur quantitas à materia, non minus quam intellectus, & voluntas ab animam per se, hoc sensu, requiruntur, ita scilicet ut ab intrinseco, & ex ipsa exigentia naturae potentias illas petat, & sine ijs esse naturaliter non possit.

Transit
aliquando
ab extremo
ad extre-
mum sine
medio.

VII.
Arctiorem
habet ma-
teria con-
nexionem
cum quan-
titate, quam
cum illa
forma sub-
stantiali.

VIII.
Duobus mo-
dis unitur
aliquid per
accidens.

DISPUTATIO II.

De Generatione Viventium.

SECTIO PRIMA.

Generationis Viventium natura, ac definitio.

I.
Theologus,
ac Philoso-
phus commu-
nis est haec
quaestio.

TRactari fuscè solet haec quaestio à Theologis 1. p. in materia de Trinitate, cum de generatione Verbi aeterni. Videri poterunt S. Thomas 1. p. q. 27. ar. 2. Alenf. 1. p. q. 42. memb. 2. & 3. & q. 42. memb. 1. S. Bonav. in 1. d. 13. q. 2. Richar. in

1. d. 13. art. 1. q. 3. Major in 1. d. 13. q. 1. Suarez l. 9. de Trinit. c. 1. n. 4. Molina 1. p. q. 27. ar. 2. Vasq. To. 2. in 1. p. q. 123. c. 1. Conimb. l. 1. de Generat. c. 4. q. 10. Hurt. l. 1. de Gen. sect. 2. Tann. 1. p. d. 4. q. 2. d. 8. Marat. 1. p. d. 44. Arriaga disp. 1. de Gen. sect. 4. Oviedo Cont. 2. de Gen. p. 6.

Notandum, generationem viventis dupliciter sumi: primò latè, sicut cum animalia & plantae producuntur à Deo, vel cum mures, & ranæ producuntur ex putri: quo modo non est opus alià definitione quam ut dicatur Generatio viventis est productio viventis ab aliquo. Secundò sumitur propriè, cum scilicet

II.
Dupliciter
sumitur
Generatio
viventis.

et vivens producitur ab alio vivente servatis quibusdam conditionibus, de quibus mox agemus: & de hac secundâ generatione procedit quæstio.

III.
Definitio
generationis
viventis.

Generationis ergo viventis hoc modo sumptæ definitionem tradit S. Thomas 1. p. q. 12. art. 2. corp. & Damascenus 1. 1. fidei Orthod. c. 8. ex Aristotele 1. 7. Met. c. 8. tex. 28. & alibi: *Generatio est origo viventis à vivente, à principio conjuncto, in similitudinem naturæ.* Per ly *origo* convenit hæc definitio cum definitione non viventium, per particulas *viventis à vivente* differt; per *à principio conjuncto* denotat non approximationem localem, sed ut aliquid patris insit, & conjungatur filio, quod fit in omni generatione naturali, ubi parentes communicant aliquid sui, nempe semen filio, ex quo illius corpus compingitur, ut scilicet parens vivat quasi adhuc in filio, cui nimirum aliquid sui physice tribuit, & in hoc filius naturalis distinguitur ab adoptivo. Et propter hoc ait S. Augustinus patrem gignere alium se, & superstitem esse in filio. Unde, quando concipitur proles ex dæmone incubo, fætus non est filius dæmonis, sed illius viri cujus erat illud semen.

In quo filius
naturalis
differt ab
adoptivo.
S. Augustin.

IV.
Particula
Principii
denotat
concursum
activum.

Tandem verbum illud *principium* denotat concursum activum; non quidem ex se præcisè, cum ratio principij conveniat etiam materiæ & formæ, sed ut conjunctum verbo *origo*, quod significat actionem, & productionem, licet *principium* quando sigillatim, & per se sumitur, capiatur pro nobiliori, nempe activo. Sic Adamus non fuit pater Evæ, licet materia (nempe costa) ad illius productionem ab eo fuerit desumpta, idque licet Adamus id scivisset, & ex cognitione illam præbuisset: sicut nec equus esset hominis pater, si ex ejus carne faceret Deus hominem, inducendo scilicet in eam animam rationalem. Deinde, costa illa non fuit peculiari modo proportionata, & à naturâ ad proles formationem instituta, nec ab eo cujus erat pars, magis ad Evæ, quàm ad lapidis formationem disposita. Quâ etiam de causâ vermiculi, & alia animalcula, quæ circa hominem, & alia animalia nascuntur, non propriè generantur. Licet hæc alio etiam titulo excludantur, quod scilicet non procedant in similitudinem naturæ. Plantæ verò dicuntur generare alias sibi similes, non tamen vocantur vel parentes illæ, vel hæc filiæ, quia nomen patris & matris ex communi usu solistrubuitur viventibus cognoscitivis.

Adamus
non fuit
pater Evæ.

Vermiculi
in animalibus
non
propriè
generantur.

Plantæ
generant
alias sibi
similes.

V.
Quæ similitudo
in naturâ
requiritur
ad generationem.

Restat solum explicanda ultima particula in similitudinem naturæ: in quâ sita est præcipua difficultas hujus definitionis: circa quam certum videtur, non requiri similitudinem specificam, nam generatio muli verè est generatio viventis à vivente, & tamen non procedit similis parentibus similitudine specificâ. Major tamen requiritur similitudo quàm generalissima ratio entis, ut videtur manifestum.

VI.
Difficultas
circa processionem
spiritus
sancti.

Quæres, cur processio spiritus sancti non sit generatio æquæ ac processio filij? cum non minus accipiat naturam Divinam quàm Filius, sicque non minus procedat similis in naturâ, ergo convenit ipsi definitio generationis viventis, cum tamen secundum fidem tenendum sit ipsius Processionem non esse generationem, sed solam Processionem filij. Nullibi magis discrepant Theologi, quàm in commodam hujus rei rationem assignando.

VII.
Spiritus
sanctus
ex vi sue
processionis
non accipit
formaliter
naturam
Divinam.

Omissis varijs quæ à diversis suprâ n. 1. citatis afferuntur, hæc inter reliquas mihi aptior ad hanc rem declarandam videtur via, quam insinuat P. Suarez citatus, nempe, quia essentia Divina consistit formaliter in intellectione: cum ergo Verbum Divinum, seu Filius procedat formaliter per intellectionem, accipit ex vi formalis sue processionis intellectionem & naturam Divinam quæ est formalissima ejus intellectio. Spiritus Sanctus verò, cum procedat per

volitionem, seu amorem, accipit solum ex vi formalis processionis voluntatem & amorem Divinum, non verò essentiam, sicque ex vi formalis sue processionis non procedit similis in naturâ, sed solum in voluntate, & amore, naturam verò tantum accipit consequenter.

Alij tamen cum P. Zuniga, materiâ de Trinitate, aiunt, idèd Filium procedere in similitudinem naturæ, non Spiritum Sanctum, & consequenter processionem filij esse generationem, non præcessionem spiritus sancti, quia Filius accipit naturam ut naturam, id est, secundam, seu productivam alterius Personæ ad intra, natura enim ut natura dicit aptitudinem ad operandum, in quo distinguitur ab essentia, estque quasi nascitura, ut in Logicâ latius declaravimus. Cum ergo in Spiritu Sancto natura Divina non sit secundum ad intra, nec productiva alterius Personæ, non accipit naturam ut naturam, & consequenter non est Filius, nec illius processio generatio.

VIII.
Aliaratio
est, quia
spiritus
sanctus non
accipit naturam ut
naturam.

Dicent proinde auctores hujus sententiæ, si animal aliquod non habeat potentiam, saltem radicalem generandi, non posse dici filium, nec illius productionem esse generationem: sicque ut possit mulus vocari filius equi, dicunt habere eum potentiam radicalem generandi: idque exinde probant, quod in quibusdam historiis de mulo referatur de facto eum aliquando generasse. Sed de hoc satis. Videantur auctores n. 1. citati, qui rem hanc fusissimè discutiunt, & Albertinus Coroll. 14. in Prædic. Ad aliquid undecim ex diversis Theologis rationes colligit, cur Spiritus Sanctus non sit filius, nec ejus processio generatio.

IX.
Albertin.
11. rationes
probat cur
spiritus
sanctus præ
cessio non
sit generatio.

SECTIO II.

Quæ sit causa principalis in productione Viventium.

Aliqui unionem animæ rationalis cum corpore fieri dicunt ab ipsâ animâ rationali, quæ inquirit, producit unionem sui. Sed contrâ primò, nam tunc anima esset actus assistens quoad illam saltem operationem. Secundò, posset res aliqua, Petrus v. g. dici producere se: probatur, nam quod sit ab una parte compositi, tribuitur toti composito, sic quia anima Petri intelligit, dicitur Petrus intelligere, ergo si anima Petri producat unionem sui ad materiam Petri, dicitur compositum illud producere unionem, & consequenter producere se: sicut si anima alterius compositi, matris v. g. produceret illam unionem, diceretur producere Petrum, sed anima Petri hic præstat quod anima matris tunc præstaret, ergo Petrus hic dicitur producere seipsum. Contrâ tertio, sic enim neuter parens, nec per se, nec per aliquid sui concurreret physice, & efficienter ad entitatem proles in generatione hominis, cum tamen per principium conjunctum omnes intelligant concursum effectivum.

I.
Prima sententia est
animam
rationalem
producere
unionem sui
ad corpus.

Alij ergo, & propius vero, ascribunt generationem seu productionem unionis in homine, & formæ simul & unionis in alijs animalibus, animæ matris tantum causæ principalis: ita Okamin 3. q. 3. Gab. in 3. d. 4. q. un. P. Hurt. d. 2. de Gen. 3. n. 4. & sect. 5. num. 72. P. Arr. d. 1. de Gen. 6. nu. 58. & alij. Quod probant tum ex proportionem in perfectione animæ matris, cum formâ & unione animalis producti, tum ex præsentia & sufficiente applicatione animæ matris, cum semper sit præsens effectui producti in primâ illius productione, non sic anima matris.

II.
Secunda
sententia
est animam
matris esse
causam
principalem
generat.
viventis.

Dices, ergo plus est virtutis infaminiâ quàm in mare

III.

Dicunt tamen animam maris habere virtutem eandem cum anima feminæ. Negant consequentiam, nam etiam forma maris, inquit, habet eandem virtutem, licet concurrere non possit, eo quod absit. Urgebis, ergo est otiosa illa virtus in mare, cum semper naturaliter petat abesse. Negant consequentiam, est enim, inquit, per accidens tantum impedita ex eo quod sit forma maris, seu sub his dispositionibus. Unde, ut ait P. Hurt. anima maris non magis petit corpus masculinum, quam feminum, nec esse sub his dispositionibus potius quam sub illis.

IV. Instabis; anima matris in productione equi v.g. tantum est immediata proli per unam sui partem, ergo si ut in nutritione pars proxima tantum producit partem sibi similem, ut os partem ossis, caro carnis, cor cordis &c. ita & hic: a quo ergo producit tanta varietas membrorum in fœtu? Dicunt aliqui, licet una tantum pars matris conjungatur, omnes tamen agere, sed sigillatim, ita scilicet, ut unaquæque in fœtu producat partem sibi similem, ut caput, inquit, matris producit caput fœtus, oculus oculum, pes pedem &c. Sed contra, ergo mater carens oculo vel pede producit fœtum monocolum, mancum, vel mutilum, cum tamen contrarium constet experientia.

Respondetur ergo, in homine hanc objectionem non habere difficultatem: cum enim anima rationalis sit ubique ejusdem rationis, ut pote indivisibilis, tota producit totum fœtum, seu totam unionem inter materiam & formam. In alijs animalibus si partes formæ sint homogeneæ, nulla etiam est difficultas, si vero sint heterogeneæ, seu diversæ rationis, difficilius est responso: dicit tamen posset, singulis partibus formæ simul cum alijs, & accidentibus in esse vim producendi totum fœtum, seu singulas illius partes, cum maxime differentia inter partes non sit propriè specificæ, sed solum materiæ.

Quæ tamen solutio non caret difficultate.

SECTIO III.

Assignatur vera causa principalis in productione viventium.

I. **M**hi hac in parte probabilius videtur, causam principalem in generatione tum hominis, tum aliorum omnium viventium, quæ ex semine producantur (non ex putri, ut vermes &c.) esse ipsum semen, saltem secundum illam partem, quam dicunt in semine esse magis subtilem & activam, ac manere in generatione fœtus: alia enim partes quæ sunt crassiores, simul cum sanguine inserviunt pro materiali, ex qua animalis corpus compingitur. Probatur, generatio in conceptu suo essentiali non dicit aliud quam unionem animæ cum corpore, seu productionem unionis inter illam, nam nihil aliud intervenit in conceptione hominis, quæ tamen est vera generatio, sed semen simul cum accidentibus potest ut causa principalis producere illam unionem, ergo Probatur minor, non est cur semen non sit perfectius hac unionem, cum semen sit substantia completa, unio tantum modus, & quid incompletum, & non tam substantia, quam quid substantiale, ut loquuntur Philosophi.

II. Dices primo, unio est quid constitutivum in seipso hominem, & alia composita substantialia, ergo est perfectior semine. Nego consequentiam, sic enim materia prima est quid magis perfectè constitutivum hominis, nempe ut pars, & tamen nullus dicit materiam primam esse semine perfectiorem. Urgebis, unio est quid vitale, non sic semen. Contra, unionem

esse vitalem, vel significat habere in se vitam; & hoc est falsum, nam inquit quæ vitæ vivat unio? non vitæ rationali, ut constat, nec etiam sensitivæ aut vegetativæ, ergo nulla: vel unionem esse vitalem significat spectare ipsam intrinsicè ad constitutionem viventis, & hoc est verum, producta enim unione constituitur vivens, ad hoc tamen non est necessarium ut unio vivat, sicut nec vivit materia, quæ tamen non minus intrinsicè pertinet ad constitutionem viventis, quam unio. Sufficit ergo ad constitutionem viventis, alteram partem, nempe formam, esse vitalem: debet tamen forma vitalis, ut constituat vivens, uniri, nam constituit compositum vitale.

Dices secundo, actio generativa est vitalis, ergo debet procedere à principio vitali, quale non est semen. Distinguo antecedens, si per vitale intelligatur procedens immanenter, & modo vitali, nego antecedens; hoc enim modo non est actio vitalis, cum sit actio transiens: sicut & cum Deus solus producat hominem vel Angelum, producit quidem aliquid vitale, sed non modo vitali, seu immanenter. Si autem per vitale velit quis, actionem tendere ad terminum vitalem, sic adhuc est distinguendum, tendit ad terminum vitalem immediatè, & formaliter, nego antecedens; nam formaliter tendit ad solam unionem, quæ non est vitalis, nec vivit, ut diximus: tendit ad terminum vitalem mediatè, concedo antecedens; terminus enim constitutus, & mediatum est vitalis, nempe homo: actio tamen productiva unionis non attingit hominem adæquatè & immediate. Sicut si duæ medietates ulnæ antea separatæ, vel circuli conjungerentur per lineam, vel superficiem intermediam, ille qui produceret lineam illam, vel superficiem, haberet pro termino immediato solam lineam, aut superficiem, denominativè tamen diceretur producere ulnam, vel circumulum.

Actio ergo productiva hominis, si sumatur adæquatè, poterit dici actio conflata ex alijs tribus actionibus, nempe ex productione materiæ, productione formæ, & productione unionis. Dicitur autem generatio ratione unionis, quæ generatur, sicut homo mortalis ratione ejusdem, & corporeus ratione materiæ: sicut & syllogismus est probabilis ratione unius præmissæ probabilis.

Secundò probatur: hac ratione assignamus unionem causam in generatione omnium viventium, quæ naturali modo producantur, nempe semen, cum tamen alij unam assignent causam pro animalibus, ut animam matris, aliam pro vegetabilibus, nempe vel cœlum, vel causam primam.

Tandem secundum hunc philosophandi modum, æqualis in animalibus tribui potest concursus utriusque parentis in actione generativâ fœtus, quod tamen alij non præstant, qui totum concursum effectivum tribuunt soli matri, ac proinde in illâ sententiâ non tam verè producit pater filium, ac mater, cum ille non omnino concurrat effectivè ad prolem. In nostrâ autem sententiâ uterque parens est causa principalis proli, concurrente scilicet ad eum effectivè per aliquid sui, quod requiritur in definitione generationis supra positâ.

Dices, terra etiam est perfectior unione inter materiam & formam plantarum, ergo illa poterit dici causa principalis generationis plantarum. Respondetur primo, nos non probare semen esse causam principalem generationis viventis præcisè quia est perfectior unione inter materiam & formam: sic enim lux est perfectior albedine, & tamen eam non producit. Ideo ergo dicimus semen esse causam principalem generationis viventis, quia cum sit quid perfectius unione illâ, ordinatur à naturâ ad productionem viventis. Secundò dico, terram, cœlo produceret unionem

Quo sensu unio sit quid vitæ.

III.

Actio generativa formaliter dicitur vitalis, quia tendit ad terminum vitalem.

Actio generativa tendit ad terminum vitalem tantum mediatè.

IV.

Actio productiva hominis constituitur ex tribus actionibus.

V. Assignatur uniformis causa generationis viventium.

VI.

Hoc modo in generatione animalium æqualis est concursus utriusque parentis.

VII.

Ex maiore perfectione præcisè non aequatur unum aliud productum.

Terra res-
petu planta-
rum est ad
summam
causa uni-
versalis.

VIII.

Virtus uni-
ta fortior.

unionem in plantis inter illarum materiam & for-
mam, esse ad summam causam quandam universa-
lem, cum æqualiter concurrat ad omnes plantas, si-
cut & cælum: singulis autem singulis, & particula-
res assignari debent causæ, quando possunt, sicut
nos de facto hic assignamus.

Adde, in plantis probabiliter dici posse, semen
tandem causam principalem producere non so-
lum unionem, sed etiam ipsas formas substantiales
plantarum, præsertim si verum sit quod subinde in-
finuat Aristoteles, & S. Thomas, nempe, semen plan-
tarum habere in se vitam vegetativam. Nec obstat
parvitas seminis in plantâ, nam *virtus unita fortior*.
Nec arguitur semen non vivere quod non crescat,
vivencia enim non semper crescunt, ut quotidiana
constat experientia.

SECTIO IV.

Alia quadam circa generationem & cor-
ruptionem viventium.

I.
Quis sit
ordo inter
introduc-
tionem, &
expulsionem
dispositio-
num, &
formarum.

II.
Quid de-
terminet ad
producen-
dum for-
mam cada-
veris.

III.
Forma ca-
daverica
est quasi
causa for-
malis uni-
versalis.

Vivens se-
cundum
omnes suas
partes non
semper
transit in
cadaver.

IV.
Quod præ-
stat causa
universalis
efficiens
active, præ-
stat causa
formalis
formaliter.

Primum est, quod late hic tractant aliqui, quis
sit ordo rationis inter inductionem dispositio-
num ad novam formam, & destructionem tam dis-
positionum præexistentium, quam formæ substan-
tialis. Quæ questio communis est tam viventibus,
quam non viventibus. Nos plurima quæ ad rem
hanc pertinent, tradidimus in Physicis, d. 22, li. 3, n.
11. nec quidquam hic addendum occurrit.

Secundum est, quæ dispositiones determinant
materiam, & agens ad formam cadaveris. Difficul-
tas præcipue est cum homo, aut aliud animal mori-
tur subito, ut cum ipsi vel præscinditur caput, vel
cor transigitur, aut aliquid huiusmodi, vel cum in
momento perit ex causâ ignotâ: cum enim ex in-
valere, utine paulatim exinguitur, non videtur tanta
difficultas, tunc enim dispositiones illæ corruptivæ
ex morbis progenitæ possunt tam materiam, quam
agens determinare ad formam illam in subjecto a-
nimæ producendam. Hac de re quadam etiam
dicta sunt in Physicis, sed quia non levem conti-
nere videtur diffinitatem, non erit abs re nonnulla
hic de eadem adjungere.

Dici ergo posset primò, formam cadaveris ob
suam imperfectionem non requirere ullas peculia-
res dispositiones, sed esse quasi quandam causam
formalem universalem, ordinatam ex naturâ suâ ad
supplendum defectum formæ viventis, seu animalis
in informando materiam, & ad illam immediatè
consequendum, ubi non sunt dispositiones in illo
subjecto petentes aliam formam, ut fortasse sunt
quando animal comburitur, tunc enim videtur
probabilè aliquas illius partes immediatè converti
in ignem, sine eo quod informetur prius formâ
cadavericâ: & clariùs hoc constat in quibusdam ho-
minibus qui ita putrescent vivi (quod in alijs etiam
quibusdam animalibus quandoque cernitur) ut
vixantur, nonnullæ illorum partes immediatè
converti in saniam.

Unde sicut causa universalis efficiens, licet com-
muniter determinetur ad operandum, seu ad præ-
bendum concursum suum effectivum dependenter
à causâ aliquâ efficiente particulari, ubi tamen hæc
deest, supplet causa universalis per se illius defectum,
& concurret sine ullo determinante particulari effe-
ctivo: ita & forma cadaveris, quæ, ut dixi, est quasi
causa formalis universalis, & ordinata ad supplen-
dos defectus formarum viventium, seu animalium,
poterit subinde producti in subjecto sine alio deter-
minativo formali, quam quod percat vel deuniat

forma viventis, seu animalis, & ex exigentiâ naturæ
requiratur ut alia forma ipsi succedat.

Quod verò forma cadaveris possit aliquo modo
dici forma universalis, inde videtur suaderi, quod
semper, & æqualiter sequatur ad formas omnium
animalium, & illarum materias informet, quocun-
que fere modo pereant: & propterea solum induci
videtur forma cadaveris, quia destructa est & deest
forma viventis. Dicere verò instante quo forma
animalis separatur, ac destruitur, produci subito
dispositiones ad formam cadaveris, eandem habet
difficultatem: tunc enim eodem modo quæ-
stio procedet de illis dispositionibus, quid scilicet ad
illarum productionem determinet.

Secundò responderi posset in casibus supra posi-
tis, & quodcumque animal subito moritur, dari
semper aliquod determinativum ad productionem
formæ cadaveris. Cum enim caput præscinditur,
deest pars requisita ad formam perfecti viventis, ac
proinde dispositiones in materiâ ad formam viven-
tis sine parte illâ requisitâ, cum negatione talis par-
tis sunt sufficiens determinativum ad formam cada-
veris. Similiter cum cor transigitur, est cum ipdem
dispositionibus divisio continui, seu negatio conti-
nuationis debitæ ad formam perfecti viventis. Inse-
cta autem, ut vermes & alia huiusmodi ideo non sta-
tim moriuntur præciso capite, quia tot partes ad eo-
rum vitam conservandam non requiruntur, quot in
alijs animalibus, sed sedes vitæ in his est in duella spi-
næ dorsæ, quæ cum ducatur per omnes partes corpo-
ris, in minutissimas etiam partes divisa hæc animal-
cula, ad diuturnum etiam tempus vivunt. Cum verò
homo quispiam moritur subito, & nulla apparet
mortis illius causa, si, ut dicunt medici vel per di-
ruptionem alicujus membranæ in capite, vel fibræ
in corde: ac proinde semper datur saltem aliquid
negativum determinans ad productionem formæ
cadaveris: quod sufficere videtur ad formam tam
imperfectam.

SECTIO V.

De Generationibus quibusdam anomalis,
& ordine formationis partium
animalis.

Quæres, utrum generationes viventium anoma-
læ, seu quæ præter naturam legum & communem
rerum cursum sunt, sint univocæ cum generatio-
nibus, quæ naturali viâ & modo contingunt? Quæ-
stio procedit de Generatione propriè sumptâ, prout
scilicet est *Origo viventis à vivente ex principio con-
juncto, in similitudinem naturæ* hanc prout generatio
la est sumitur pro eductione unionis ex potentia ma-
teriz seu subjecti, omnes generationes, in quibus sit
huiusmodi eductio, sunt inter se univocæ.

Generationes anomala: in primis sunt productio
Adami ex limo terræ, & Evæ ex costâ Adami:
hæc autem non sunt univocæ cum propriâ genera-
tione, nec ex vi illarum fuit vel Adamus filius Dei,
vel Evâ filia Adami. Secundò, humana Christi ge-
neratio ex virgine, univoca fuit generatio ex parte
matris, quæ in hac generatione ea omnia quoad
substantiam præstitit, quæ aliz matres in proli ge-
neratione præstare solent. Quatenus tamen Spiritus
Sanctus concursus alterius principij supplevit, fuit
generatio illa anomala. Tertiò, resurrectio mor-
tuum non est generatio hoc modo strictè sumpta.
Quartò, generatio ope Dæmonis facta semen virile
in utero transmittentis, est quoad substantiam
univoca cum generatione naturali, quoad modum
tamen est anomala.

Quæritur

V.
Ostenditur
formam
cadaveris
posse vocari
formam
universalem.

VI.
Assigna-
tur deter-
minativum
ad formam
cadaveris.

Cor inse-
ctæ, etiam
secta vi-
vunt.

In insectis
sedes vitæ
est medi-
ulla spine
dorsæ.

I.
De gene-
rationibus
quibusdam
anomalis.

II.
Productio
Adami, &
Evæ.

Humana
Christi
generatio
univoca
fuit ex
parte vir-
ginis ma-
tris.

Resurrectio
mortuorum.

III. Quæritur secundo, quæ partes in generatione animalis prius formentur? Hippocrates, quem sequitur Galenus, hepar prius formari asserit, deinde cor, postea cerebrum, mox reliqua. Aristoteles cor primo formari vult. Alij capiti primas in foetus efformatione tribuunt. Quisque suis nititur experientiis, quibus hi illam, alij aliam ex partibus jam dictis primo formatam se comperisse asserunt.

IV. Aristoteles præter jam dicta, ideo cordis efformationem primam ponit, quia, inquit, est caloris naturalis origo, & sedes vitæ, quod proinde primo vivit, & ultimo moritur, ideoque in medio situm illud esse ait, tanquam partem partium humani corporis præcipuam, ut hoc modo facilius suum iis influxum præsteret.

V. Alij verò caput, ut loco, ita dignitate cæteris hominis partibus superiorem esse contendunt, utpote in quo sensus omnes vigeant, quodque membra alia

gubernet, ac moderetur. Hanc proinde partem primo formari asserunt, veluti radicem, à qua influxus quibus in membra reliqua dirivetur. Quorum opinionioni suffragari passim videntur Philosophi, à quibus homo *Arbor* appellatur *inversa*, quippe qui, non sicut alia arbores terræ infixam, sed cælum versus radicem (hoc est caput) erectam habeat.

Res est parvi momenti. Mihi probabilius videtur cor, & caput, seu cerebrum simul efformari debere, cum suâ invicem ope indigeant, nec unum sine altero consistere ullo modo possit. Imò probabile est quod affirmat Vallesius l. 2. Controv. cap. 5. P. Hurt. hic d. 2. l. 7. n. 97. & alij, omnes partes, saltem principales, quæ virtute seminis efficiuntur, simul efformari, cum non sit cur semen omnes illas elaborare simul non possit, ac proinde simul eas elaborabit, cum sit agens necessarium, & materiam habeat applicatam.

VI. Cor, & caput simul formantur.

DISPUTATIO III.

De conversione.

SECTIO PRIMA.

Quanam ad veram conversionem requirantur.

I. UT clarius in hac quæstione, quæ tum à Philosophis, tum Theologicis accuratè discuti solet, procedamus, definitionem conversionis toti disputationi præfigemus, ut, iacto quasi fundamento, certius reliqua, & expeditius percurramus. Definitur ergo conversio, quod sit transitus unius rei in aliam. Quod quomodo intelligendum sit, disputationis decursu constabit.

II. Ad Conversionem itaque duæ requiruntur mutationes; positiva altera, seu productio, vel unio novi termini positivi: altera negativa, seu formalis destructio formæ præexistentis. Sic cum in aquam, vel manum inducitur calor, una mutatio fit per inductionem caloris in materiam aquæ, aut manus, altera verò per destructionem frigoris: unde, si frigus non destrueretur, non esset conversio, ut in luce contingit, ad cuius productionem in aëre nulla res positiva destruitur: Actio tamen quæ produceret, vel unio quæ uniret calorem, esset conversiva licet frigus actu non destrueretur, quia ratione sui, vel termini producti peteret destructionem frigoris, licet in hoc casu non esset actualis conversio. Sicque definitur conversio, ut diximus n. præcedente, quod sit transitus, seu desinitio unius rei in aliam: ac proinde in omni conversione reperiuntur duo termini positivi, unus à quo, alius ad quem, vel in quem.

Ad conversionem requiruntur duæ mutationes, positiva, & negativa.

Actio vel unio conversionis.

Necessarii sunt duo termini positivi.

III. Secundo ad veram rationem conversionis requiritur aliquod tertium, utrique termino positivo commune, circa quod aliquo modo pugnent, sitque id cui uterque uniatur. Sic in conversione ligni in ignem, terminus communis est materia, quæ utriusque formæ subiectum: in conversione panis in corpus Christi, terminus communis sunt accidentia panis, quæ pane destructo manent. Unde non est necessarium ut terminus communis semper sit subiectum, cum accidentia nec sint subiectum corporis Christi, nec substantiæ panis. Hic autem terminus esse debet quid positivum: unde licet quando una res corporea pellit aliam loco, possit aliquo modo dici ubicatio, quæ perit ad productionem alterius

Una ubicatio non convertitur in aliam.

converti in illam, cum pugnent de eodem termino, seu spatio imaginario, non tamen propriè dicitur conversio, cum spatium imaginarium, ut in Physicis diximus d. 33. l. 2. non sit quid positivum, sed negationes non tollibiles ubicationem realium.

Ut autem dicatur una res propriè converti in aliam, debet res illa quæ producitur, vel unitur in his circumstantiis, habere aliquam repugnantiam ex natura rei seu physicam, cum eâ quæ desinit, & non sufficit illam aliam quocunque modo desinere, seu concomitanter, sed debet destrui ex vi termini producti. Si ergo Deus decrevisset ad productionem Angelus in hoc loco, ubi in instante præcedente erat homo, destruere hominem, seu quando producit unum Angelum, destruere alium, ibi non esset conversio physica inter duos illos Angelos, vel Angelum & hominem, cum ex naturâ rei nulla esset repugnantia inter terminum productum & destructum, ita ut simul existere non possent. Totum ergo in hoc casu refunditur in voluntatem Divinam volentem unum desinere ad productionem alterius.

Hæc ergo dici possit *conversio moralis*, cum causa definitionis hominis illius, vel Angeli sit merè moralis, non physica, sed sine ullâ repugnantia ex parte rerum quæ producuntur, & desinunt. Productio ergo, vel unio termini ad quem, & destructio termini à quo debent esse *pertinentes sequelâ*, id est, mutuò sese connaturaliter inferentes: termini verò ipsi debent esse *repugnantes sequelâ*, seu naturaliter impossibiles, & sese peculiari quodam modo excludentes.

Notandum tertio, conversionem secundum diversitatem terminorum sortiri diversas denominationes, quando substantia convertitur in substantiam, est conversio *substantialis*, *accidentalis* quando accidens desinit in accidens, *mixta* quando vel accidens in substantiam, vel hæc in accidens transit. *Formalis* dicitur hoc sensu solet, quando forma transit in formam, *totalis* quando totum in totum: ad quam tamen denominationem sufficit si sola unio destruat. Transubstantiatio verò propriè tunc dicitur quando alia substantia ita transit in aliam, ut tota secundum omnem sui partem, si composita sit, ad illius exigentiam destruat.

Notandum quarto, conversionem, sicut & mutationem duplicem esse, *causalem*, & *formalem*: *causalis* seu

IV. Tertiò, ut sit repugnantia ex natura rei inter terminum à quo, & ad quem.

V. Conversio moralis quæ dicitur.

VI. Conversio secundum diversas terminos dicitur nomina.

Transubstantiatio propriè dicitur.

VII.

Conversio
duplex est
scilicet
formalis
et
totalis.

seu remota est actio productiva termini, qui forma-
liter, & immediate perit destructionem alterius, &
facit ut unum desinat seu transeat in aliud: formalis
verò conversio est ipsa definitio, seu transitio unius in
aliud. Unde si actio aliqua non solum mediata, sed
etiam immediate habeat oppositionem cum re alia
quàm in eodem subiecto, sicut in sententiâ ponente
actionem productivam formæ materialis esse ejus-
dem unionem informationis, tunc actio illa ingre-
ditur conceptum formalem hujus conversionis, non
quàm actio præcisè, sed quàm unio: sicut si actio produ-
ctiva alicujus rei sit illius ubicatio, non id habet ut
actio, sed ut ubicatio.

VIII.
An dari
possit con-
versio for-
malis sine
totali.

Quæres utrum divinitus dari possit conversio
formalis sine totali? seu utrum converti possit una
forma in aliam, quin unum totum convertatur in
aliud. Ad hujus intelligentiam advertendum, quan-
do unum compositum convertitur in aliud, duplicem
intervenire conversionem, formalem, quàm scilicet una
forma convertitur in aliam, & totalem, quàm unum
compositum similiter definit in aliud, communiter
enim simul cum unionem destruitur forma. Repertur
tamen sæpe conversio totalis sine formali, ut cum ex
homine fit cadaver. Sermo autem est de conversione
physicâ, & rigorosâ, non de morali, & impropria,
nam certum est posse Deum, si velit, destruere unam
formam ad præsentiam alterius.

IX.
Quid in
hoc dicen-
dum, si ac-
tio & unio
identificen-
tur.

In sententiâ ergo asserente actionem eductivam
esse ipsam unionem informationis, non potest for-
ma converti in formam, quin totum convertatur in
totum. Ratio est clara, nam pereunte formâ materia-
li, perit necessariò actio ipsius conservativa, sed illa
actio est etiam unio informationis, ergo perit unio,
ergo totum, cum unio, ut dictum est, sit forma con-
stitutiva totius.

X.
Quid si u-
nio distin-
guatur ab
actione edu-
ctivâ.

In nostrâ autem sententiâ, qui d. 14. Ph. 8. unio-
nem informationis distinguimus ab actione eductivâ
formæ, putant aliqui posse divinitus fieri conversio-
nem formalem sine totali: nam potest, inquit,
divinitus forma educi à potentia materiæ, absque eo
quod materiam informet; tunc ergo si corrumpatur
forma ligni ad productionem formæ ignis in materiâ,
fit conversio formalis, & tamen non fit totalis, ut est
manifestum, nec enim potest totum converti, ubi
non erat totum, hic autem non esset totum, ut con-
stat, cum deesset unio informationis, quæ essentia-
liter ad constitutionem totius requiritur.

XI.
Dati nequit
conversio
formalis si-
ne conver-
sione totali.

Mihi tamen probabilius videtur, in casu illo mi-
raculoso non futuram conversionem formalem, si
sermo sit de verâ & rigorosâ conversione physica.
Ratio est, quia duæ formæ non repugnant sibi invi-
cem, nisi in ordine ad informandum idem subiectum.
Unde, si ponatur, ut ponitur in casu argumenti, for-
mam ligni non informare materiam, forma ignis,
quantumcunque producat, & etiam uniatur illi
materiæ, non expellet formam ligni, cum expelli nō
possit à subiecto nisi quod subiecto inest, aliam enim
repugnantiam non habet formâ ignis cum formâ li-
gni, aut ulla forma cum aliâ, nisi in ordine ad infor-
mandum idem subiectum.

XII.
Duæ formæ
oppositæ, se-
paratæ à
subiecto, non
se destrui-
rent.

Quare, si essent duæ formæ separatæ ab omni
subiecto, possent esse intimè secum penetratæ, & cum
subiecto: sicut non repugnat ut inter se sint intimè
penetratæ peccatum & gratia, ut cum dæmon fit in-
timè præiens homini in gratiâ existentem: ac proinde
propria, & rigorosa conversio non esset in hoc casu,
cum non sit peculiaris illa connexio inter productio-
nem seu unionem formæ ignis, & destructionem for-
mæ ligni, quæ requiritur ad conversionem propriè
dictam. Si ergo Deus hic formam ligni destrueret,
esset solum conversio moralis, non physica, cum
forma ignis illius destructionem non exigeret.

Esset con-
versio tan-
tum mora-
lis.

Id verò hic advertendum, non ita propriè dici XIII.
de compositis substantialibus unum fieri alterum, Notandum
ac de accidentalibus: nec enim tam propriè dicitur, circa motu
aqua fit vinum, ac calidum fit frigidum: hujus ratio est, loquendi
quia in compositis accidentalibus manet idem totum, conversio
non sit in substantialibus. Priores ergo propositio-
nes ita intelligi debent, ut cum dicitur aqua fit vinum,
lignum fit ignis, sensus sit, aqua transit in vinum, lignum Particula
transit in ignem &c. Et idem est de his propositioni- xx & de
bus, ex ligno fit ignis, de aere fit aqua, & aliis hujusmo- denotam
di: particula enim ex & de non denotant principium, tem
vel causam intrinsecam, sed solum terminum à quo: quod
sicut cum dicitur, mundus factus est ex nihilo: ubi ex ni-
hilo non denotat principium vel causam intrinsecam,
sed tamen terminum à quo.

SECTIO II.

An ad Conversionem requiratur definitio
termini à quo.

Negant aliqui, sed ajunt sufficere si loco amovea- I.
tur; tunc enim, inquit, propositiones, quæ Prima se-
fieri solent de unâ re in aliam conversâ, sufficienter centia negat
verificantur: vera enim, inquit, esset hæc propo- ad conver-
sitionem re-
sition, Hoc est corpus Christi, licet substantia panis non quærit definitio-
destrueretur, sed solum amoveretur, & Christi cor- nem termi-
pus sub accidentalibus illius loco statueretur. ni à quo.

Dicendum nihilominus ad veram conversionem II.
unius rei in aliam requiri, ut terminus à quo, seu qui Ad conver-
in alium convertitur, re ipsâ desinat ac destruat: ita quoniam de-
communis Philosophorum sententia. structio ter-
minii à quo.

Probatur primò ex S. Augustino l. 1. de Trinitat. ca. III.
7. sine, ubi idem in Verbi Incarnatione ait Divinita- Probatur
tem non fuisse convertam in creaturam, quia non de- primò ex
finit esse Divinitas: & l. 18. de Civit. Dei c. 18. con- Patribus.
versiones à magis & falsis olim Diis factas, ut Arca-
dum in lupos, Ifigeniâ in cervam &c. negat fuisse S. August.
veras conversiones quia personæ illæ non destruebant-
tur, sed ope dæmonum amovebantur, & lupi ac cervæ
in eorum locum subito substituebantur. Idem docet S. Cyril-
S. Cyrillus Epist. ad Successum, ubi Verbum ideo ait lus,
non fuisse convertum, quia mansit id quod prius erat.
Idem variis locis tenet S. Thomas, præcipuè 3. p. qu. S. Tho-
75. ar. 2. corp. his verbis: Quod convertitur, inquit, in mas.
aliquid, facta conversione non manet.

Probatur secundò ex ipsâ definitione conversio- IV.
nis, nempe quod sit transitus unius rei ad aliud, quod Probatur
perinde est ac definire in aliud, quod enim transit ex secundò ex
aliud, non manet in se, seu in sua entitate, ut proxi- definitio
mè vidimus ex S. Thoma, manere enim se, & trans- conversio-
ire in aliud, videntur vel ex terminis involvere re- nis.
pugnantiam, nam transire in aliud est quasi exire ex
se, & entitative tendere in aliud. Conf. primò, ideo Anima ra-
anima rationalis non convertitur secundum omnes tionalis non
in formam cadavericam, quia non destruitur homi- convertitur
ne moriente. Conf. secundò, aliqui quoties quis in formam
pellitur loco ab alio, ut aër ab homine, vel Petrus à cadaveri
Paulo, diceretur in eum converti, quod tamen nul- quia non
lus concederet. destruitur.

Probatur tertio, sicut enim transire ab aliquo lo- V.
co, ut ab una parte scholæ ad aliam, vel à cælo ad Ostenditur
terram, aut ab uno munere vel officio ad aliud, est transire
priorum locum, vel officium relinquere, ita transire simpliciter
simpliciter est relinquere esse: ac proinde, quod sim- re,
pliciter transit in aliud, debet definire in esse, sicut
alij desinunt in loco & officio: in conversione autem
dicitur res quæ convertitur in aliam, transire in illam
simpliciter, & sine addito, ergo &c.

Dices; si idem lignum esset in duobus locis, & in VI.
altero injiceretur in ignem, ignis tunc in illo loco in- ducc-

Quid si
forma in
duobus si
mul locis
existens, ex
pelleretur
tantum in
uno.

Negant a-
liqui eam
tunc conver-
si in aliam.

VII.
Res in uno
tantum loco
desinit, ve-
re in aliam
convertitur.

VIII.
Contrarium
tamen posse
probabiliter
defendi.

IX.
Quid si
Deus for-
mam ignis
& ligni in
eandem ma-
teriam simul
conserveret.

X.
In eo casu
esset conver-
sio.

duceret in materiam illam formam ignis, & converteret formam ligni in formam ignis, & tamen non destrueretur forma illa ligni, cum adhuc existeret alibi, ut supponitur, quod autem alicubi est, non potest dici perire, sed solum perit ejus ubicatio, & non forma simpliciter. Aliqui forte in hoc casu dicerent, non esse conversionem formae ligni in formam ignis, ob rationem in objectione factam: & haec videtur eorum mens, qui, quando corrumpuntur species panis in Eucharistia, affirmant non posse dici corpus Christi converti in substantiam succedentem, quia ad conversionem veram dicunt requiri, ut terminus a quo pereat simpliciter, quod hic, inquit, non contingit.

Qui tamen dicunt, posse hominem in duobus locis positum mori in uno, & non in alio, & consequenter rem in duplici loco posse verè perire, & destrui in uno, & non in alio (quam sententiam ut probabiliorē secutus sum d. 35. Physic. 6. nu. 8.) dicant hic fore conversionem, cum verè hic pereat forma ligni ad inductionem formae ignis. Licet enim non possit forma illa dici hoc sensu perire simpliciter, id est, quod nullibi sit, ob malignantem naturam negationum, ut in Physicis etiam dixi, verè tamen diceretur hic perire, & cessare non solum ubicatio illius, sed entitas.

Siquis tamen dicere vellet, ad conversionem non sufficere rem utique perire, sed ita perire, ut omnino in rerum natura non maneat, facile posset defendere in hoc casu formam ligni non convertendam in formam ignis, nec eo modo in eam desinere quo desinit requiritur ad conversionem.

Quæres, utrum si Deus miraculosè formam ligni in materia simul ad tempus aliquod conservaret cum forma ignis, & postea formas illas permittendo suis naturis, forma ignis destrueret formam ligni: quæres, inquam, an in hoc casu diceretur forma ligni converti in formam ignis, & lignum in ignem? Negant aliqui, & ad conversionem requiri aiunt ut forma, vel totum destruat, cum forma contraria primò subiecto illi unitur.

Mihi tamen probabilius videtur in eo casu & formam convertendam in formam, & totum in totum, lignum scilicet in ignem. Ratio est, quia verè in illo casu forma ligni transiret in formam ignis, & lignum consequenter in ignem; ergo convertuntur; patet consequentia, hæc est enim definitio conversionis: antecedens itaque probatur, & primò quod forma ligni tunc transeat, est clarum, nam desinit, hoc autem est transire in esse, ut jam ostensum est n. 5. Quod etiam transeat in formam ignis, probatur, non enim desinit in nihilum, nec concomitantur tantum, sed ad exigentiam formae ignis, ergo in illam transit nec quidquam aliud ad essentialem conceptum Conversionis requiritur, ut apertè ex ejus definitione constet.

SECTIO III.

Utrum productio termini formalis, seu ad quem, ingreditur conceptum conversionis.

I.
Latius patet
terminus
formalis,
quam for-
ma.

Terminus formalis Conversionis illi est, in quem aliud convertitur, sive sit forma, sive non: sic in Eucharistia substantia panis convertitur in corpus Christi, licet hoc non sit forma. Sic si ex unione corporis alicujus simplicis, aut Angelus ad aliquod tertium, aliud corpus simplex, aut Angelus destrueretur, esset vera conversio, & tamen nec corpus simplex, nec Angelus sunt forma.

R. P. Th. Comptoni Philosophia.

Prima itaque sententia affirmat Conversionem formaliter in productione termini alicujus formalis sitam esse: ita Duran. in 4. d. 11. qu. 3. Capreol. in 4. d. 11. Sotus in 4. d. 9. qu. 2. art. 4. Alan. l. 1. ca. 34. 35. 36. 37. Suarez 3. p. To 3. d. 50. sect. 5. Coninck 3. p. q. 75. ar. 4. dub. 3. Valen. 3. p. d. 6. q. 3. p. 3. Henric. l. 8. de Euchar. c. 22. & 25. Moncæus d. 11. c. 9. & 14. Mærat. 3. p. d. 12. l. 1. n. 2. & d. 16. l. 2. Præpositus 3. p. q. 75. ar. 8. d. 2. Tanner. 3. p. d. 5. q. 4. d. 4. n. 53. Hurt. hic d. l. f. 4. Arriaga hic d. l. f. 3. & alij.

Licet verò in eo convenient hi omnes, quod conversionem in productione sitam esse asserant, in termino tamen formali, ad quem actio illa productiva terminatur, inter se dissident: Suarez enim, Coninck, Hurt. Tanner. & alij in transubstantiatione panis in corpus Christi ajunt actionem conversivam terminari ad ipsum corpus Christi, Alanus & Valentia terminum hujus actionis ajunt esse modum quandam substantialem per eam productum. Maratus, Henric. & alij terminum hujus actionis productivæ statuunt modum accidentalem. Qui omnes rem hanc explicandi modi, verà stabilità sententiā, faciliè refellentur.

Secunda ergo sententia asserit, actionem productivam termini formalis, in quem aliud convertitur, non esse de conceptu formali Conversionis, sed ad hanc sufficere, quod res una designat ad exigentiam alterius, sive res ista denuò producat, sive non. Ita Scotus in 4. d. 11. q. 1. Vasquez 3. p. d. 18. ubi hoc fuisse probat, licet per relationem rationis rem totam obcuram reddat. Pro eadem sententiā citat Vasquez S. Thomam 3. p. q. 75. ar. 4. ad 1. & in 4. d. 11. q. 1. ar. 3. S. Bonaventuram in 4. d. 11. p. 1. ar. 1. q. 2. Alensem 4. p. q. 10. m. 5. a. 3. & 4. Richard. in 4. d. 11. a. 1. q. 5. terra. 4. Cont. Gen. c. 63. tenet Card. Bellarm. l. 3. de Euchar. c. 18. Card. de Lugo d. 7. de Euchar. sect. 6. Turrian. Opul. 14. d. l. d. 5. Ovied. Cont. 2. de Gen. p. 5. n. 22. & alij.

Hæc secunda sententia mihi semper visa est longè probabilior, quam proinde in sequentibus declarabo, & in quibus cum sententiæ hujus auctoribus conveniam, in quibus etiam ab illis discrepem aperiā.

SECTIO IV.

Statuuntur quedam circa productionem termini ad quem in Conversione.

Dico primò: in omni Conversione, qua res una in aliam creatam transiit, requiritur actio productiva, vel conservativa termini ad quem. Ratio est, quia omnes res creatæ, ubicunque est, debet per actionem aliquam conservari. Dices, si res eadem sit in diversis locis, sufficit quod habeat actionem productivam, vel conservativam in uno. Contrā, res ubicunque est, conservari debet à Deo, sed non potest in utroque loco denominari conservata per actionem quæ tantum est in uno: sicut si lac, ubicunque est, necessariò deberet esse album, deberet eadem necessitate, ubicunque est, habere aliquam albedinem, nec ab albedine hic in eo existente posset denominari album Romæ.

Confr. actus intellectus existens in solo capite, non denominat animam intelligentem in pede, idque ob eam causam, quod actus ille non sit in pede: & Christus, dum movetur in cælo, vel in una hostiā, non movetur in aliā, quia motus ille qui est in Christo in uno loco, non est in eodem in aliò: ergo similiter nec actio conservans rem in uno loco, poterit eam conservare in aliò, nisi actio etiam in illo loco

II.
Prima sen-
tentia con-
versionem
in actione
constituit.

III.
Auctores ci-
tati in ter-
mino per-
tinent ad il-
lam produ-
ctivam mul-
tū inter se dis-
sident.

IV.
Secunda
sententia ait
actionem non
esse de con-
ceptu con-
versionis.

V.
Actio non
est de con-
ceptu con-
versionis.

I.
Ad conver-
sionem re-
quiritur
semper ac-
tio, dum
una res
creata in a-
liam transi-
t.

II.
Actio in u-
no tantum
loco existens
non potest
in rem conser-
vare in a-
lio.

loco rei unatur. Ratio demum à priori est, quia licet causa efficiens agere possit in distans supernaturaliter, ut ostendi d. 36. Phy. f. 4. non tamen causa formalis, utpote quæ effectum suum tribuit per intiam præsentiam, & unionem Physicam. Hanc conclusionem latius contra quosdam probavi d. 35. Phy. f. 8.

III.
Ad conversionem non requiritur nova productio termini formalis.

Forma in hoc casu non definit in nihilum.

IV.
Dices; saltem requiritur novam productionem unionis.

V.
Ostenditur nec novam productionem unionis ad conversionem requiri.

VI.
Isto conversio in actione consistet, ad conversionem tamen substantialem non requiritur productio termini substantialis.

VII.
Eadem actio diversae sortis denominationes.

Dico secundò: ad conversionem non requiritur nova productio termini ad quem, seu in quem fit conversio, qui dicitur terminus formalis, sed sufficit illius unio. Probatur, si forma ignis existens Romæ, adhuc manens Romæ uniretur materiæ ligni Leodij, verè converteretur & transiret in illam formam illa ligni, omnesque conditiones veræ conversionis hinc reperirentur: primò enim non desineret merè concomitanter (sicut si eodem instante quo ignis aliquis hinc producit lignum, vel stupa periret in Indiis) sed desineret forma illa ligni ad exigentiam formæ ignis. Deinde, esset hinc unus terminus utriusque formæ communis, nempe materia illa quæ prius informabatur formæ ligni: est etiam duplex mutatio, positiva una, alia negativa. Tandem, forma illa ligni non desineret in nihilum, ergo omnia ad veram conversionem requisita hinc reperirentur.

Dices; hinc tamen producit nova unio, unde ad minimum nova productio unionis requiritur ad omnem conversionem. Contrà primò, ergo saltem habemus contra auctores contrariæ sententiæ, non requiri ad conversionem unius rei in aliam, ut sit nova productio omnis termini formalis, quod tamen plerique ex ipsis affirmant: ex eo enim quod passim dicatur, in conversionibus lignum fit ignis, aer fit aqua, panis fit corpus Christi &c. inferunt ipsi necessarium esse ut ignis, aqua, & corpus Christi tunc per veram aliquam actionem fiant seu producantur, id tamen hinc clarè ostenditur non requiri.

Contrà secundò, & ostendo ad conversionem non esse necessariam novam productionem unionis: si enim ex inductione formæ ignis in materiam ligni Romæ, formam ligni ibidem destrueretur, & postea Deus hanc eandem materiam, dum Romæ manet sub hac formæ ignis, statuatur Leodij sub aliâ formæ ligni, & deinde formam illam ignis quæ eam informat Romæ, ponat cum eadem unione, ut potest in illâ materiâ Leodij, expelleretur hæc forma ligni, & in hanc formam converteretur, & tamen nec forma nec unio de novo produetur, ut constat, ergo. Quod in omni aliâ conversione contingere divinius potest.

Dico Tertiò: ad Conversionem substantialem & transubstantiationem, esto admittatur in actione consistere, non requiritur ut ullus terminus substantialis de novo produatur. Est peculiariter contra Valentiam 3. p. d. 6. q. 3. & alios quosdam, qui licet dicant ad conversionem substantialem, & transubstantiationem non requiri novam productionem corporis Christi, aiunt tamen necessariam esse productionem alicujus rei, vel modi substantialis, unde conversio illa substantialis dicatur, & transubstantiatio: alioqui, inquit, potius erit transaccidentatio, quod multi acriter urgent contra nostram sententiam.

Ad conclusionis probationem, notandum, eandem numero actionem respectu diversorum sortiri denominationes diversas: sic actio, quæ forma aliqua, anima rationalis ex. gr. inducitur in materiam, est productio, & introductio; respectu unionis est productio, respectu animæ, introductio. Idem est de actione producente indivisibile continuativum partium quantitatis, quæ actio dicitur augmentatio ratione termini adjuncti, licet terminus productus non sit augmentum, sed tantum indivisibile augmenti, & sic de aliis. Hoc posito,

Probatur conclusio: ac conversionem substantialem, seu transubstantiationem non requiritur, ut terminus productus sit substantia, sed solum ut termini conversionis sint substantiales: sicut enim actio productiva unionis, ut diximus, denominatur introductio à termino introducto, & actio productiva indivisibilis in quantitate dicitur augmentatio à termino quem adjungit, qui est argumentum, ita quidni actio producens unionem accidentalem inter corpus Christi & species, licet sit actio accidentalis, poterit esse conversio substantialis ratione terminorum conversionis à quo & ad quem, qui sunt substantiales? nam ut conversio causalis respicit illos terminos, non terminum productum. Unde ulterius, sicut actio quævis productiva substantiæ, licet entitative accidens, denominatur tamen actio substantialis à termino formali, quem producit, quia ille est substantia, ut bene advertit Card. Lugo citatus n. 129. ita hæc actio, licet denominetur accidentalis à termino accidentali quem producit, seu à termino formali productionis, denominari tamen poterit conversio substantialis à termino formali conversionis, qui est substantia, est enim conversio substantiæ in substantiam.

Dices; hæc actio producens unionem inter corpus Christi & species, ut actio est conversio, sed ut actio est accidentalis, ergo ut conversio est accidentalis, ergo non transubstantiatio. Primò, omittis reliquis distinguo consequens, est accidentalis respectu termini quem producit, concedo consequentiam; respectu termini quem convertit, nego: sicut de actione introductivâ formæ, & augmentativâ dicere omnes debent, simili enim formâ conficio argumentum; introductio ut introductio est actio productiva, sed ut introductio respicit animam, ergo ut actio productiva respicit animam: quod si hinc respondeatur, ut responderi debet, distinguendo majorem, ut introductio est actio productiva unionis, concedo majorem, actio productiva animæ, nego: idem dici potest in præsentia, unde est actio accidentalis, conversio substantialis.

SECTIO V.

Præcipua conclusio circa naturam Conversionis.

Dico quartò: licet ad omnem conversionem inter res creatas requiratur actio, (ut seæ. præcedente dictum est, n. 1. cum nihil in aliud converti possit quod non est, nihil autem creatum esse potest sine actione productivâ, vel conservativâ) productio tamen vel conservatio termini formalis non est de conceptu formali conversionis, sed sola unio illius cum accidentibus prioris compositi, si sit conversio totalis, ut contingit in Eucharistiâ, aut cum subiecto, si sit conversio partialis, ut cum forma ligni convertitur in formam ignis, calor in frigus &c. ubi licet aliquo modo totum dicatur converti in totum, ratione scilicet formæ, simpliciter tamen & adæquatè non convertitur unum totum in aliud, cum adhuc maneat subiectum.

Probatur conclusio Primò: conversio est transformatio seu desinitio unius rei in aliam, ut formæ ligni in formam ignis, sed ad unionem formaliter, non ad productionem unius formæ expellitur, & destruitur alia forma, ergo actio non est de formali conceptu conversionis, sed tantum unio. Minor probatur in animâ rationali, quantumcunque enim anima rationalis produceretur, etiam intimè præsens materiæ embryonis, vel alimenti in nutritione, & non illi uniretur, non expelleret nec destrueret formas illas, ergo

VIII.
Ad conversionem substantialem sufficit quod termini conversionis sint substantiales.

Declaratur exemplo actionis productivæ substantiæ.

IX.

Actio illa ut productiva est accidentalis, ut conversio est substantialis.

I.
Nulla omnino actio est de conceptu formali conversionis.

II.
Ostenditur, non actionem, sed unionem terminum ad quem est de conceptu conversionis.

ergo licet necessario præsupponatur actio productiva formæ ad conversionem, non tamen in eâ formaliter consistit conversio. Conf. forma expulsa ob id definit, cum quo habet repugnantiam, sed non habet repugnantiam cum actione productivâ formæ, ut ostensum jam est in animâ rationali, sed cum unionem ergo.

Probatur Secundò: seclusâ mente omni actione, habemus rem unam definire, seu transire in aliâ, ergo seclusâ mente omni actione, habemus conversionem, ergo actio non est de conceptu formali conversionis. Antecedens probatur, ponamus ex. g. animam rationalem per unionem creatam uniri alicui materiæ: in hoc casu, seclusâ mente omni actione habemus unionem prioris formæ, & formam ipsam definire, cum simul duæ formæ esse naturaliter non possint in eadem materiâ, sed non definit forma illa merè concomitanter, quod enim hoc modo definit, non definit ad exigentiam alterius, sed disparatè, unio verò illa, & forma definiunt ad exigentiam huius unionis animæ ad illam materiam, hoc autem secundum Philosophos est definire & transire in aliud, ergo seclusâ mente omni actione habemus verum conceptum conversionis. Aliud autem ad conceptum conversionis requirere quàm quod in illius definitione continetur, esset omnino gratis philosophari, sicut si quis plus ad conceptum essentialem hominis requireret, quàm quod sit animal rationale.

Conf. quia præcisâ mente omni actione habemus conceptum albi vel lucidi, actio productiva lucis vel albedinis secundum omnes non est de illorum conceptu, licet sine actione esse nequeant, ergo nec actio erit de conceptu formali conversionis, esto nulla conversio sine actione haberi possit. Dices, nec destructio termini à quo habetur in definitione conversionis, ergo præcisâ etiam mente illius destructione habebimus conceptum essentialem conversionis. Resp. negando antecedens, transit enim & desinitio important destructionem, ut ostendi supra sect. 2. & iterum declarabitur sect. sequente.

Tertiò probatur in mutatione, quia enim in definitione illius non involvitur actio sed solum, ut res aliter se habeat, quàm antea, Philosophi cum Aristotele dicunt tantum esse tria illius principia, *subiectum, formam, & privationem*, licet hæc haberi sine actione non possint, ergo esto in conversione semper intercedat aliqua actio, adhuc tamen ob hanc rationem actio non erit de illius conceptu formali.

Conf. si quidquid necessario conversionem & mutationem comitatur, sit de illius intrinseco conceptu, etiam ubicatio & duratio ad illarum rationem formalem constitutivam spectabant, cum non minus illas necessario comitentur quàm actio. Sicut ergo si per impossibile albedo, aut unio inter animam & corpus existeret sine omni actione, non minus constitueret hominem, & album, quàm modò; ita si per impossibile corpus Christi, vel forma ignis, & unio quâ copulantur speciebus aut materiæ, existerent similiter sine actione, si tamen forma ligni & substantia panis in illa transirent, seu ad eorum exigentiam definirent, esset vera conversio.

Ut ergo rem hanc verbo concludam, conversio formalis nec est actio, nec eam magis in suo conceptu formali includit, quàm includit homo, equus, ignis, album &c. Quare sicut tota essentia horum videri intuitivè potest nullâ visâ actione, ita & essentia conversionis, si nimirum Angelus intuitivè videret formam ligni definire ad unionem formæ ignis in eadem materiâ. Conversio itaque in recto est negatio, desinitio scilicet rei alicujus, in obliquo

R. P. Th. Compreni Philosophia.

verò connotat terminum aliquem positivum, terminum communem, & unionem.

SECTIO VI.

Argumenta contententia conversionem in conceptu suo formali includere actionem.

Objicit primò P. Arriaga n. 16. S. Thomam 3 p. q. 2. a. 1. corp. § *Alio modo: ubi, inquit, docet idem in Deum nullam rem posse converti, quia Deus est ingenerabilis & improducibilis*. Ex quo, inquit P. Arriaga, constat S. Thomam ad conversionem requirere ut terminus ad quem formalis producat, alioqui ratio ipsius planè fuisset abs re ad probandum id quod illic intendebat.

Sed contrà: non enim satis fideliter refert P. Arriaga verba S. Thomæ, particula enim illa *improducibilis* ab ipso additur textui S. Thomæ, ut faciat cum loqui de omni genere conversionis, cum evidens sit ex contextu eum loqui tantum de uno.

S. Thomas itaque loquens de Naturâ Divinâ, sic habet: *nec ipsa potest converti in aliud, cum sit incorruptibilis, nec aliud in ipsam, cum ipsa sit ingenerabilis*: ubi clarum est S. Thomam solum negare, posse aliquid converti in Deum imperfecto illo modo conversionis, quo ex diversis rebus inter se permixtis, elementis ex. g. ita fit unum tertium, ut nullum ex elementis maneat ejusdem speciei in mixto, cuius erat ante mixtum, ut patet ex contextu.

Quod autem S. Thomas de imperfectâ illâ conversione, seu mixtione illic loquatur, est manifestum; alioqui, inquit, *Christus non esset ejusdem naturæ cum Patre, nec cum Matre*. At in conversione de qua loquitur, Christus manet ejusdem naturæ, licet panis in ejus corpus convertatur.

Nec ratio Sancti Thomæ, quod nimirum Deus sit ingenerabilis, plus probat: nam etiam Angelus, & materia prima sunt ingenerabiles, & tamen possunt alia in Angelum, & materiam primam converti, non imperfectâ illâ conversione, quæ mixtio vocatur, de qua, ut dixi, ibi loquitur S. Thomas, ita scilicet ut sit confusio & mutatio naturarum seu miscibilium, sed perfectiore, de qua hic est sermo: ad illam enim imperfectam conversionem seu permixtionem, requiritur ut forma, vel aliquid aliud unius extremi inducatur in materiam alterius; quod Deo, & omni quod in ipso est, repugnat. Unde si verba B. Thomæ fideliter fuissent relata, obiectio hæc nullam habuisset difficultatem. Sed *dolus an virtus, quis in hoste requirit?*

Objicit P. Arriaga secundò: in questione de nomine, qualis est hæc, standum, inquit, est communiori vocis acceptioni, sed communior est opinio conversionem statuens in actione, quàm contraria ergo. Resp. negando minorem, non enim est communior opinio illa, ut optime ostendit Card. de Lugo d. 7. de Euch. §. 9. n. 148. citatque Valentiam 3. p. d. 6. q. 3. p. 3. §. Quarto sequitur, dicentem sententiam assertentem corpus Christi per consecrationem Eucharistie produci ineptam videri posse quorundam recentiorum opinionem: & P. Henric. l. 8. de Euch. c. 23. n. 9. & P. Turrian. opus. 14. de Transubstantiatione d. 1. d. 5. affirmantes sententiam illam nullum habere antiquum assertorem.

Objicit idem tertio: de conceptu essentiali conversionis est desinitio termini à quo, ergo & productio termini ad quem, quia contrariarum eadem est ratio. Resp. negando consequentiam, latissima enim est disparitas in conversione inter desinitionem unius termini, & productionem alterius: in ipsâ enim desinitione involvitur illius destructio, cum dicatur quem.

N n 3

con-

I.
Objicitur
auctoritas
S. Thomæ.

II.
Non satis
fideliter
refertur
verbo
S. Thomæ.

III.
De quâ
conversione
illic loquatur
S. Thomas.

IV.
Loquitur
S. Thomæ
de mixtione.

V.
Ratio
S. Thomæ
ostendit
eum
loqui
de
mixtione.

VI.
Sententia
statuens
conversionem
non est
communior.

VII.
Obj. requiritur
desinitio
termini à
quo, ergo
& productio
termini ad
quem.

III.
Licet mente
seclusâ
omnem
actionem
habemus
conceptum
conversionis.

Forma illa
non definit
concomitanter,
sed in
aliud.

IV.
Conceptus
albi non
includit
actionem,
ergo nec
conceptus
conversionis
in aliud.

V.
Mutatio
non includit
formam
actionem,
ergo nec
conceptus
conversionis.

VI.
Sequitur
ubicatio
& duratio
esse de
conceptu
formali
conversionis.

Si unio
existeret
sine
actione,
esset
conversio.

VII.
Actio non
magis est
de conceptu
conversionis
quàm
hominis.

Conversio
in recto
est
negatio.

*Resp. in ipsa
definitione
conversionis
concludi de-
finitionem ver-
mini à quo
dà.*

conversio esse *transitus unius rei in aliam* : sicut autem transire à loco, vel ab officio est locum illum vel officium relinquere, ita transire simpliciter est transire ab esse, seu definire, ut latè ostendi suprà scđ. secundum. Utrum autem si res in duobus locis existens, in altero tantum definieret ex vi alterius, diceretur in eam converti, dixi s. 2. n. 6. 7. & 8.

VIII.

Axiomati autem illi *Contrariorum eadem est ratio*, axiomata aliud opponam, & clavum clavo pellam : *Nulla regula tam generalis, quàm particularem non patitur exceptionem.* Canonès enim Philosophici non eam habent firmitatem, ut aliquid extra controversiam constituent, reddantque omnino infallibile. Faciunt quidem rem de fide Philosophicā, quibus proinde tanquam sanctionibus Majorum, respectus aliquis debetur, nec nisi ubi urgens aliqua est ratio (qualem hic esse ostendimus) fas est iis refragari.

IX.

*Quid sit u-
trum transi-
re in esse al-
terius.* Dices; id quod convertitur, debet transire in esse alterius, ergo alterum debet tunc produci. Resp. negando consequentiam, transire enim in esse alterius nihil aliud est, quàm quòd entitas unius petat destru-
tionem entitatis alterius, ob pugnam aliquam seu naturalem incompensabilitatem circa aliquod tertium utrique commune : nec enim alia intelligi potest transitio. Transire ergo in esse alterius non potest ita intelligi, ut id quod transit in aliud, identificetur veluti cum illo, aut si quasi aliquid illius, ut apprehendere videntur aliqui, hoc enim est impossibile, cum id quod transit in aliud, definat esse, ut jam ostensum est, ergo non potest identificari cum eo in quod convertitur, ut est manifestum.

X.

*Obij. non
fore trans-
substantia-
tionem sed
transacci-
dantiationem* Obijicitur quarrò : si actio productiva corporis Christi non ingreditur formaliter conceptum transubstantiationis, non erit conversio substantialis nec transubstantiatio; sed transaccidentatio contra concilium Tridentinum sess. 13. can. 2. Quod argumentum urget P. Hurtado de Gen. d. 1. s. 4. n. 34. & P. Airi-
ga d. 1. s. 3. n. 26. & alij : Hæc obiectio soluta est suprà s. 4. n. Octavo.

XI.

*Est in con-
versionibus
fit actio, non
tamen est de
conceptu co-
versionis.* Obijcies quintò : in omnibus conversionibus naturalibus videmus dari actionem productivam termini formalis, ergo illa est de essentia conversionis. Contrà primò, etiam videmus dari ubicationem & durationem ejusdem termini, & tamen nullus dicit has esse de conceptu formali conversionis. Contrà secundò, etiam in omni mutatione videmus dari actionem productivam unionis & formæ mutantium subjectum, & tamen negant Philosophi cum Aristotele actionem esse de formali conceptu mutationis, utpote cujus, ut diximus, tria tantum assignantur principia, *subjectum, forma, & privatio*, non agens. Contrà tertio, nam juxta communem sententiam, forma alimenti convertitur in formam alititi, & tamen quando nutritur homo, non producitur de novo anima.

XII.

*Quare in
conversioni-
bus natura-
libus requi-
ratur actio
productiva
termini for-
malis.* Licet ergo in conversionibus naturalibus plerumque terminus formalis producatur, hoc tamen ideo est; quia antè non existerat : unde cum sine actione esse non possit, dari debet actio illius productiva: quo etiam modo ad omnem mutationem requiritur actio.

XIII.

*Agens rem
unam in a-
liam conver-
tit solum re-
motè.* Dices; agens convertit unam rem in aliam, sed non convertit nisi per actionem, ergo conversio est actio. Contrà, etiam agens dicitur rem locare, seu figere tali loco, & tamen ubicatio, seu id quo res figitur in loco, non est actio, sed aliquid ab actione distinctum, & per eam productum. Aliquæ ergo denominationes sunt proximæ, aliæ remotæ : agens itaque non alio modo dicitur convertere, vel figere tali loco, nisi in quantum producit id, ratione cujus immediatè res aliqua definit, vel est in loco, si autem res illa, vel ubicatio existeret sine actione, non

minùs tribuerent res illæ hunc effectum formalem, quàm modò tribuunt.

Obijcies sextò : nihil frequentius apud Patres XIV. quàm per consecrationem fieri corpus Christi : dicunt *Sacris fit au-
toritari Pa-
trum circa
conversione.* enim panem, & ex pane fieri corpus Christi : & Ecclesia canit. *Verbum caro panem verum verbum carnem efficit, fitq; sanguis Christi merum &c.* & in canone missæ habetur, *hæc omnia Dominus semper bona creas* : ergo per conversionem fit corpus Christi. Contrà : etiam dicitur *Deus factus homo*, & *Verbum factum caro* ; ergo similiter Deus & Verbum per Incarnationem sunt, si hic modus arguendi teneat. Deinde, etiam in naturalibus dicimus, *Petrus ex Senatore fit consul*, ex Canonico Episcopus &c. & tamen tunc Petrus non fit.

Resp. itaque sensum in his Panis fit corpus Christi, lignum ex frigido fit calidum, Petrus ex Senatore consul &c. non esse, corpus Christi, aut lignum tunc fieri, sed solum lignum reddi calidum quod antè erat frigidum: sicut aer dicitur fieri lucidus, licet tunc non fiat, item Petrus ex Senatoria dignitate evehi ad consulatum: illud quod jam continetur sub speciebus esse corpus Christi, cum antea sub iisdem contineretur panis, &c. Quæ explicatio consonat doctrinæ Sancti Thomæ 3. p. q. 78. a. 5. corp. in fine : *nec enim, inquit, verba faciunt ut corpus Christi fit corpus Christi, sed ut contentum sub speciebus sit corpus Christi.* Sensus itaque harum propositionum solum est, panem transire, seu mutari in corpus Christi, ac proinde Ecclesia, & Patres non loquuntur de esse Christi secundum se, sed de ejus esse sacramentali : unde Ecclesia loco in Canone Missæ citato dicit *Deum creare hæc bona*, seu hoc sacramentum.

Obijcies septimò : ergo quoties unum corpus aliud propellit loco, dicitur corpus expulsum converti in expellens. Nego consequentiam, quia non perit, quod tamen requiritur ad conversionem propriè dictam, ut ex definitione conversionis ostendimus suprà. Possit tamen tunc aliquo modo dici, unum totum, seu compositum accidentale converti in aliud, nempe, compositum ex aere & loco in compositum ex lapide & loco, ratione ubicationis seu nexûs inter locum & locatum, qui perit, ut diximus scđ. primâ.

S E C T I O VII.

Impugnatur alius modus defendendi ad Conversionem requiri productionem termini in quem.

EX dictis infero contra P. Coninck 3. p. q. 75. art. 4. d. 3. & recentiores aliquos, ut res ponatur in duobus locis discontinuis, non requiri novam productionem illius, sed sufficere productionem novæ ubicationis, ita Scotus in 4. d. 10. q. 1. Suar. 3. p. t. 3. d. 49. s. 1. Card. Lugo d. 7. de Euchar. s. 3. Moncæ d. 10. c. 14. & alij communiter.

Recentiores quidam in eo cum P. Coninck conveniunt, quòd reproductio termini formalis, seu in quem aliud convertitur, essentialiter requiritur ad conversionem : dicunt tamen eandem numero actionem diversis locis discontinuis, simul cum rei illius entitate positam, esse illius rei reproductioem illo loco, ubi posterius ponitur, modò res illa & actio in priori adhuc loco permaneant : nam, inquit, novo loco producitur, ergo reproductur. Sed contrà : nullus enim negare potest quin ad rem ubicunque est, requiratur actio aliqua illius conservativa : sed quod querimus est, an ad conversionem, & ut res in duobus locis statuat, necessaria sit nova actio ad rei illius entitatem terminata ?

Deinde

III. Deinde ostendo dari posse conversionem sine re-
productione, etiam hoc modo sumptā. Ponamus e-
nim Christum in uno loco extendere se successivē,
ut potest, cum eadem actione conservativā ad aliam
hostiam in spatio proximo, & unire se illius acciden-
tibus, ex vi cuius unionis desinat substantia panis, ut
modò sit in Eucharistia: item Angelus existens in
puncto, aut parvā aliquā parte spatij extendat se suc-
cessivē ad totam suam sphaeram, & in ultimā illius
parte uniatur miraculosē accidentibus alicuius sub-
stantiae, ignis v.g. aëris, vel aquae, sicut unitur corpus
Christi speciebus panis: tunc non erit reproductio
iuxta hos auctores, quia ad reproductiōem, inquit,
requiritur interruptio, vel loci, vel temporis,
quod hic non contingeret: sed in hoc casu conver-
teretur panis in corpus Christi, & ignis in Angelum,
nam verē desinerent esse, & transirent, ille in corpus
Christi, hic in Angelum, nec enim desinerent in pu-
rē nihil, ut constat, ergo tunc daretur conversio sine
reproductione, etiam eo modo acceptā, quo illam
accipiunt hi auctores.

IV. Dices, casu quo ponatur corpus Christi in duobus
locis, & utrobique ponatur hæc eadem ejus actio,
bis producit, semel in uno loco, & semel in alio.
Sed contrā, nam hoc modo bis, & sæpius posset Deus
dici incarnatus, & factus homo, quod in scholis est
inadmitum: sequela probatur, actio enim incarnati-
va, seu productio Unionis Hypostaticæ multiplicatur
loco, quotiescunque Christus per consecrationem
ponitur de novo in diversis hostiis; quod etiam con-
tingisset si Christus in terris existens voluisset simul
esse in duobus aut pluribus locis circumscriptivē, er-
go sicut dicunt Corpus Christi bis aut sæpius produ-
ci, si in variis locis ponatur eadem actio ipsius con-
servativa, ita bis aut sæpius dicitur Deus incarnari,
cū actio productiva unionis Hypostaticæ inter
naturam humanam, & personalitatem Divinam eod-
dem modo bis, aut sæpius multiplicetur loco: imò
toties incarnabitur denuò, & fiet homo secunda Per-
sona, quoties sacerdos consecrat, quod tamen, opi-
nor, nemo dicit.

V. Quod verò non dicatur res aliqua reproduci ex eo
merē quod ponatur alio loco, videtur clarum ex
communi modo loquendi, & sentiendi omnium,
qui magni faciendus est in hac materiā, cū enim
quærant Doctores, utrū res aliqua possit reprodu-
ci, sensus iuxta omnes est, utrū quod desit esse,
possit iterum produci.

VI. Dices interruptio temporis facit productionem,
quidni ergo & interruptio loci? Resp. quia quando
est interruptio temporis, res in instante immediatē
ante positionem secundam à parte rei, omnino non
fuit, siquē de eā simpliciter in eo instante affirmari
poterat jam non est, quod tamen non contingit respec-
tu solius loci, valet enim hæc consequentia, res non
est in hoc instante, ergo non est simpliciter seu omnino non
est: non tamen hæc, res non est in hoc loco, ergo simpli-
citer, seu omnino non est: licet enim non sit in hoc lo-
co, potest esse in alio: si autem si vel in uno, est sim-
pliciter, ergo non potest de eā affirmari non esse sim-
pliciter.

VII. Urgebis, in hoc casu non potest dici res illa poni
in altero loco per meram adductionem, cū hæc son-
net transitionem per medium, ergo per productio-
nem. Resp. propriē non posse vacari adductionem,
ob rationem in argumento allatam, non tamen pro-
pterea est ibi per productionem rei, seu termini for-
malis, nihil enim tunc producit præter ubicationem.
Vocari ergo potest collocatio, seu positio in al-
lio loco.

VIII. Instabis, fiat res aliqua primò simul in duobus lo-
cis eadem actione: tunc substantialiter producit

in utroque, ergo bis producit, ergo est in utroque
loco per productionem. Resp. concessio anteceden-
te negando primam consequentiam, bis enim pro-
duci secundum communem omnium acceptionem
idem sonat, ac vel produci duobus temporibus dis-
cretis (tunc enim simpliciter accipit esse bis) vel sal-
tem produci diversā actione, tunc enim habet du-
plicem productionem, & consequenter dici potest
res illa dupliciter producta. Si autem habeat eandem
actionem seu productionem in duobus locis, non
dicitur bis produci simpliciter, sed solum secundum
quid, seu in duobus locis, quod non est simpliciter
bis produci, ut supra dictum est de Incarnatione Ver-
bi Divini. Cū ergo dicitur, semel producit in u-
no loco, & semel in alio, ergo bis, distinguo conse-
quens, bis secundum quid, & impropriē, concedo;
simpliciter & propriē, nego, sed semel producit in
utroque loco.

Ad secundam verò consequentiam, quā infereba-
tur esse rem illam in loco per productionem, negat-
ur: hoc enim sonat, productionem esse rationem
formalem, quā res est in loco, quod est falsum: sic
enim actio productiva rei esset ejus ubicatio, quod
tamen negant hi auctores, & sententiam illam im-
pugnari d. 34. Phyl. scilicet. 1. nu. 6. Tribuendo ergo sin-
gula singulis, res quævis est per actionem, in loco per
ubicationem. Cū ergo esse sit prius aliquo modo,
quā in loco esse, in illo priori ante ubicationem
est, ergo non est bis, cū pro illo priori quo est non
habeat multiplicationem localem, quippe quæ pro-
venit ab ubicatione.

SECTIO VIII.

Inferuntur quadam circa Transubstantiationem:
ubi, an quilibet possit con-
verti in quolibet.

I. Nfero primò, licet terminus formalis productio-
nis sit unio corporis Christi cum speciebus, ter-
minum tamen formalem conversionis esse corpus
Christi, illud enim unitum speciebus, exigit destru-
ctionem substantiæ panis.

Dices, converti videtur panis in solam unionem,
cū hæc sola habeat oppositionem cum substantiā
panis. Contrā primò, ergo quando forma ligni con-
vertitur in formam ignis, tantum deberet similiter
converti in unionem, non in ipsam formam, cū
una forma secundum se nullam habeat oppositionem
cum aliā sed solum ut unita. Contra secundò, ergo
& in præsentī in contrariā sententiā sequeretur, sub-
stantiam panis converti in actionem hie & nunc pro-
ducentem corpus Christi, non in ipsum corpus Chri-
sti, cū non corpus Christi, sed hæc actio habeat
repugnantiam cum substantiā panis. Quod si dicant,
corpus Christi ut productum per hanc actionem, illud con-
habere in his circumstantiis oppositionem cum sub-
stantiā panis, siquē in illud converti panem, idem
dicemus nos de corpore Christi unito.

Infero secundò, corpus Christi, licet producere-
tur per novam actionem, non tamen creari creatio-
ne adæquatē sumptā: licet enim hoc sensu crearetur,
quod non educeretur ex potentiā alicuius subjecti,
seu per concursum materialem (in carentiā cuius
præcipue situs est conceptus creationis) non tamen
produceretur putē ex nihilo, sed ex termino præsup-
posito, qui in illud definit, ut notavit S. Thomas
3. p. q. 75. ar. 8. corpore.

Infero terciò, similiter substantiam panis non so-
lū quoad formam, sed etiam quoad materiam non
annihilari, annihilatione adæquatē sumptā: licet e-

Res per ean-
dem actio-
nem in duo-
bus locis pri-
mò producta,
non dicitur
propriē bis
produci.

IX.
Res non est
in loco per
productionem.

I.
Corpus
Christi est
terminus
formalis
transubstan-
tiationis.

II.
Dices sequi
panem con-
verti in so-
lam unio-
nem cum
speciebus.

Resp. non
magis hoc
sequi, quam
verti in ac-
tionem ip-
sius produ-
centem.

III.
Nova pro-
ductio cor-
poris Christi
sub speciebus
non esset
creatio.

IV.

*hec destru-
ctio panis
est propriè
annihilatio.*

*V.
Eadem forma
ligni destru-
ctio non suc-
cederet alia
forma, non
tamen an-
nihileretur.*

*VI.
Quo sensu
productio
corporis
Christi sit
creatio, &
destructio
panis anni-
hilatio.*

nim sicut conservabatur materia panis per concursum creativum, hoc est, independentem à subiecto sustentationis, plus tamen ad annihilationem completam requiritur, nempe ut non desinat in alium terminum positivum. Unde in Conversionibus naturalibus, vel hoc titulo forma aëris aut ligni non annihilatur, dum destruitur ad introductionem formæ ignis, quia non desinit in nihilum, sed in alium terminum positivum.

Dices; ergo si forma ligni ita desineret, ut non succederet ei alia forma, annihilaretur. Aliqui concedere videntur consequentiam. Sed omnino est neganda; alioqui lux annihilaretur, cum nulla forma positiva in aërem inducatur, in quam desinat; intellectus etiam & voluntas haberent vim annihilandi suos actus; cum sæpè illos intermittant, & destruant sine productione actus ullius oppositionem habentis cum præcedentibus. Resp. itaque, licet ex hoc capite nihil esset contrarium annihilationi, cum non desineret in alium terminum positivum, ex alio tamen capite non foret annihilatio, quia desineret in subiectum, cum non esset suspensio concursus creativi, sed dependentis materialiter à subiecto.

Si tamen quis dicere velit, corpus Christi verè creari, & substantiam panis in Eucharistiâ annihilari, per creationem & annihilationem intelligendo positionem & suspensionem concursus independentis à subiecto sustentationis, non video magnum inconveniens, si concedatur. Quod etiam docet P. Hurt. de Gen. d. 1. sect. 8. nu. 84. & non improbabiler defendi posse censet Suarez 3. p. d. 70. s. 7. tenentque multi ex recentioribus, & ex antiquis Gabriel, Maior, Ockam, & alij. Quare non rectè Soto ait hanc sententiam citra errorem sustineri non posse. Distinguerè itaque posset quis, & dicere, actionem illam productivam corporis Christi esse creationem, & destructionem panis annihilationem quoad intrinsecam, quæ dicunt creatio, & annihilatio, non tamen quoad omnia quæ connotant extrinsecè.

Infero quartò, ad quæstionem illam, utrum possit quilibet converti in quodlibet, hoc universum dici posse: quando ex unione rei cuiuspiam cum aliquo tertio, aliud quod connexionem antea cum illo tertio habuit, perit, tunc posse hoc dici in illud converti. Unde si Angelus ita uniretur accidentibus lapidis, ut lapis inde destrueretur, diceretur converti, & transubstantiari in Angelum, nam verè desineret esse obrepugnantiam cum illa circa aliquod tertium, nempe accidentia lapidis. Si tamen accidens aliquod, ut albedo, vel calor uniretur hoc modo speciebus, seu accidentibus panis, & ad illius unionem desineret substantia panis, esset quidem in hoc casu conversio panis in albedinem, non tamen transubstantiatio, nec conversio substantialis, cum hæc esse debeat inter duos terminos substantiales; sed esset conversio quædam mixta, partim substantialis, partim accidentalis, ut supra dixi sect. prima, numero sexto.

Infero quintò, Deum non posse in rem ullam transire. Ratio est clara, non enim potest desinere esse, sicque nec transire in aliud.

Difficultas est, utrum Deus possit esse terminus formalis conversionis. Qui ad terminum formalem conversionis requirunt productionem, consequenter ad sua principia negant: licet nec ipsi planè effugiant difficultatem cur converti aliquid nequeat in Filium, aut Spiritum Sanctum, cum ipsi producantur. In nostrâ autem sententiâ videtur concedendum. Dico itaque, si natura humana prius unita substantiæ Petri assumeretur à Verbo, non solum convertendum unum totum in aliud totum, sed substantiam etiam Petri in personalitatem Divinam: ad hoc enim non requiritur, ut diximus, ut terminus formalis producat, sed solum ut uniatur alicui tertio; ex qua unione terminus à quo desinat: huiusmodi autem unionis, sine imperfectione capax est Deus, ut constat in mysterio Incarnationis.

DISPUTATIO IV.

De Corruptione.

SECTIO PRIMA.

In quo situs sit conceptus Corruptionis.

*I.
Corruptio
duplex, cau-
salis, & for-
malis.*

*II.
Destructio
formalis non
est actio po-
sitiva.*

*Est negatio
connotans
rem existens-
se.*

Notandum, Corruptionem duplicem esse, causalem, & formalem: formalis est ipsa suspensio concursus conservativi quo res aliqua conservatur: causalis verò est actio positiva, quâ aliquid fit, aut inducitur in subiectum, exigens destructionem formalem alterius, quæ proinde destructio etiam remota vocari solet. Suspensio itaque actionis, quâ frigus conservabatur, est formalis destructio frigoris, actio verò positiva, quâ calor inducitur, est causalis & remota ejusdem frigoris destructio.

Destructio ergo formalis non est actio positiva, ut volunt aliqui, sed mera negatio actionis productivæ, vel conservativæ alicujus rei, connotando tamen rem prius extitisse: nam negatio actionis productivæ vel conservativæ Anti-Christi fuit ab æterno, & tamen corruptio seu destructio Anti-Christi non fuit ab æterno, quicquid enim corrumpitur vel destruitur, præsupponitur aliquando fuisse. Addidi semper, actionis productivæ vel conservativæ, nec enim ad corruptionem seu destructionem formalem re-

quiritur, ut præcesserit actio conservativa, res siquidem quæ per unum tantum instans duraret, verè destrueretur, & tamen non præcesserit actio conservativa, ut pote quæ connotet perseverantiam in esse, & consequenter ad minimum duo instantia.

Suspensio autem illa dicitur corruptio pro eo solum instante quo res prius desinit, nec enim jam dicitur corrumpi ignis heri extinctus, sicut nec modò produci lux, quæ heri producebatur, licet etiamnum duret. Quamvis enim conservatio dicatur, iterata productio, hæc tamen vox productio, per se sumpta, significat primam rei positionem.

Notandum secundò, generationem & corruptionem variè sumi à Philosophis: nonnumquam enim sumitur corruptibile strictissime pro eo solum quod ab agente naturali corrumpi potest, & generabile, quod ab agente similiter naturali potest vel per introductionem primarum qualitatum, ut formæ omnes materiales sublunares, vel alio modo produci, ut lux, species intelligibiles, actus, habitus &c. & hoc sensu formæ cœli dicuntur ingenerabiles & incorruptibiles, quia scilicet vi nullius agentis naturalis produci, vel corrumpi possunt. Secundò sumitur corruptibile latissime, pro omni scilicet eo, quod quovis modo destrui, vel corrumpi potest, sive produca-

*VII.
An quilibet
posset
converti
in quodlibet.*

*VIII.
Deus in ni-
hil potest
converti.*

*IX.
Nil vetat
ut aliquid
convertatur
in Deum.*

*III.
Res prius
solum in-
stante, quo
desinit, dici-
tur corrup-
tum.*

*Conservatio
est iterata
productio.
IV.
Corruptio
est sumpta.*

*Corruptio
latissime
sumpta.*

tur per generationem, ut aqua, ignis, terra; five per creationem, ut Angeli, materia prima &c. Et uno verbo omnia præter Deum. Tertiò sumitur proprie corruptio, pro defitione scilicet illarum solùm rerum, quæ producuntur per generationem, seu quæ educuntur ex potentiâ alicujus subjecti: & hæc est philosophica hujus vocis acceptio.

Propria corruptionis acceptio.

V. Quæres, utrum in Eucharistiâ panis annihiletur? Huic difficultati satisfactum est d. præcedente, f. 8. n. 4. & sexto.

SECTIO II.

Quomodo generatio unius sit corruptio alterius.

I. **E**X dictis præcedente sectione infero primò, dictum illud Aristotelis hîc l. 1. c. 3. Generatio unius est corruptio alterius, non ita esse intelligendum, ut generatio sit realiter loquendo, seu entitativè corruptio, cum hæc sit negatio, illa actio positiva: imò dari potest, saltem divinitus, generatio quæ non sit corruptio, & è contrâ: sicut in primâ productione rerum erat generatio sine corruptione. Intelligendum ergo est hoc dictum, vel concomitanter, quòd nimirum jam de facto semper una comitetur alteram in generationibus substantialibus, vel ad summum causaliter, ita ut corruptio sit effectus secundarij generationis, cum ad inductionem unius expellatur aliud. Licet verò generatio sit finis corruptionis, corruptio tamen non est medium ad generationem: sicut nec passiones sunt media respectu essentia, licet hæc sit illarum finis: nec enim est de conceptu omnis finis, ut per media acquiratur, ut ostendi d. 22. Phy. l. 2. n. 7.

II. Forma autem producta quæ aliam expellere dicitur, non id facit effectivè, sed solum in genere causæ formalis, informando scilicet subjectum, & hoc modo postulans destructionem formæ alterius: effectivè enim forma illa corrumpitur à causâ quæ eam conservabat, quæ sicut effectivè eam conservabat præbendo concutium, ita quasi effectivè destruit, eundem suspendendo: licet melius diceretur destruire defectivè, quàm effectivè, cum destructio formalis sit negatio, & consequenter defectus potius quidam, quàm effectus. Effectivè autem remotè formam destruit qui contrariam cum hac impossibilem, aut dispositiones tollentes illius dispositiones inducit. Sed hæc, ut suprà dixi, est destructio positiva, & causalis, non negativa & formalis.

III. Infero secundò, ad hoc ut aliquid simpliciter dicatur corruptibile, non requiri ut sit corruptibile ab intrinseco, seu ut in se includat qualitates contrarias, ex quibus oriatur corruptio, sed sufficit posse destrui ab extrinseco, seu quòd detur, vel dari possit aliquod agens naturale potens illud destruire: si enim agens quodcunque naturale possit illud corrumpere, est naturaliter corruptibile, cum hæc fiat corruptibilia.

IV. Dices; ergo res illa est corruptibilis ab intrinseco. Distinguo consequens, est corruptibilis ab intrinseco passivè, id est habet naturam sibi intrinsecam quæ non repugnet corrumpi, concedo consequentiam; passivè, non est corruptibilis ab intrinseco activè, hoc est habet in se principium à quo corrumpatur, nego: sed maneret semper, si non esset aliquid extrinsecum à quo corrumpetur. Sicut licet homo quispiam non habet in se principium aliquod à quo destrueretur, adhuc posset destrui ab extrinseco, nempe comburi, amputari ipsi caput, subtrahi alimentum &c. Et quamvis Apostolus dicat, per peccatum mortem ingressam

esse in mundum, non tamen dicit per illud ingressam esse mortalitatem, sed erat homo etiam in paradiso mortalis, licet de facto non fuisset illic mortuus si non peccasset, ob peculiarem quam de eo habiturus fuisset ibi Deus providentiam.

Quæres utrum corruptio per se intendatur? Ratio dubitandi est, quia nihil intendens ad malum operatur, corruptio autem, seu destructio est mala. Resp. tamen, licet destructio formarum substantialium per se non intendatur, cum materia naturaliter spoliari omni formâ non possit; in formis tamen accidentialibus, potest per se intendi earum destructio: potest enim quis subinde animi gratiâ ab actu aliquo intellectus, aut sensuum cessare, nullo alio illius loco producto. Deinde accidentia quædam, ut error &c. sunt subjecto aliquando nociva: unde, sicut novitiâ animalia è medio tollimus, quia nobis sunt inconvenientia, idem fieri poterit de his qualitatibus.

SECTIO III.

An homo sit corruptibilis ab intrinseco.

Quæstio est, utrum homo (idem est de aliis viventibus) principium aliquod intrinsecum in se includat, quod, licet nihil nocuum inferretur ei ab extrinseco, eum nihilominus conficeret, ac paulatim consumeret.

P. Hurt. hîc, d. 1. f. 10. sub. 3. mordicus defendit, hominem nullum in se principium activum includere, nec ullas partes, ex quarum in se invicem actione, & malo quasi intestino periret, sed unicam mortis causam ei ab extrinseco provenire, ex influxu scilicet cæli, aeris intemperie, & alimentis, quæ reagendo vim nativi caloris obtundunt primò, mox extinguunt.

Existimo tamen inesse homini aliquid intrinsecum, à quo destrueretur, nisi aliunde remedium aliquod adhiberet: nam calor naturalis, ubi alia materia deest in quam agat, agit in ipsas partes hominis, non quidem in eas in quibus est, sed in partes sibi proximas, quas paulatim consumeret, & totum humidum radicale. Quæ est ratio cur homines defectu cibi ardeant paulatim, & macie conficiantur.

Ad hoc autem notandum juxta Aristotelem l. de longitudine & brevitate vitæ, c. 5. & omnes communiter, vitam licet plus minus requiratur justum temperamentum humorum omnium, & qualitarum, præcipue tamen in calido & humido consistere, sicque peculiari quodam modo requirere calorem naturalem, & humorem, ut vocant, radicalem, ita ut hæc duo certo quodam temperamento sibi invicem correspondent: si verò magnus aliquis sit in alterutro excessus, præsertim in calore, extinguatur animal, & perit.

Humor verò iste seu humidum radicale, sicut & calor naturalis, non sunt in unâ aliqua certâ & determinatâ parte, sed diffunduntur per totum corpus: cujus indicium est, quòd nulla sit corporis pars, in qua non fiat nutritio, materia autem nutritionis est corpus humidum istud radicale, quod per calorem naturalem convertitur in substantiam aliti. Vocatur verò humidum radicale, vel quòd in primâ generatione, & quasi in radice animali unâ cum vitâ communiceatur, licet illud postea paulatim pereat, & aliud illius loco succedat: vel quòd sit quasi basis & radix vitæ, utpote quod ipsam tanquam nutrimentum fooveat.

Sicut ergo calor & frigus, ignis & aer in se invicem agunt, ita & calor hicce naturalis, & humidum radicale secundum diversas qualitates quas habent, cum omne

Calor, & humidum secundum diversas quantitates in se invicem agunt.

Calor naturalis idem est ac spiritus vitalis.

VII. Quatuor humores corporis complexionem: & quæ optima.

VIII. Calor naturalis indirecte, & per accidens destruit hominem, & seipsum.

IX. Varia, dum se directe conservantur, se indirecte destrunt.

omne agens agendo repatiatur, & hoc modo aliquando ita unum alterum dimittit, calor scilicet vel ita exsiccat humorem, vel humor ita calorem obruit & hebetat, ut nulli usui deserviat, sicque animal tandem moritur. Imò absumpto magnâ ex parte humido radicali, agit calor in ipsas partes corporis, ubi aliud pabulum deest, & hoc modo animal paulatim absumitur. Deficiente etiam pabulo, & humido radicali, ipse calor seu spiritus vitales sensim debilitantur, & extinguuntur defectu materiæ in quam agant, & quâ nutrantur.

Unde omnium optima complexio, & ad longam vitam aptissima, est sanguinea, ubi scilicet optima est attemperatio humidi & calidi: in choleris vero excedit calor: in phlegmaticis humor dominatur & frigus: melancholici vero constitutionis sunt sicca & frigida. Hic tamen humor, si moderatus sit, cæteris paribus maximè juvat ad res quasque maximas præstandas, quod homines melancholici constantes sint, nec facili ab eo quod suscipiunt, dimoveantur.

Sed dicet aliquis, si calor naturalis destruat animal, ergo ex naturâ suâ petit calor ille destructionem sui, destructo enim animali, perit etiam naturalis calor, ut constat. Resp. indirecte solum, & per accidens calorem naturalem destruere hominem, & alia animalia; primariò enim, & per se ordinatur à naturâ ad nutritionem, & conservationem vitæ: cum verò sit agens necessarium, & sine intermissione semper agat, si alia materia desit, agit in partes ipsius animalis, & sic per accidens illud destruit, & consequenter ac indirecte se.

Quod ergo intendit quasi naturaliter, dum agit in partes animalis, est conservare se, sicut ignis, dum agit in materiam: cum verò illud ipsum in quod tunc agit calor naturalis, sit requisitum in tantâ magnitudine ad conservationem ipsius animalis, & caloris nativi, qui petit esse in animali, calor hic illud diminuendo, remota, indirecte, & per accidens destruit se. Sic particula flammæ hic in terrâ sita, petit per contraria viam quasi obsidentia, ad spæram suam ascendere, ut se illic melius conservet, exstinguitur autem ab iis in viâ, & sic remota, indirecte, & per accidens, dum se intendit conservare, se destruit. Quod verò aliquid animali intrinsicè & naturale possit ipsum destruere, videtur clarum in dolore, non illo solum qui imprimatur quasi ab extrinseco, ut ab igne dum hominum comburit, sed illo alio magis interno, seu mæore causato ab humore melancholico, quo dolore videmus homines paulatim tabescere, & emori.

SECTIO IV.

An homo possit naturaliter vivere perpetuò?

I. Propositione controversa.

Q Uæstio est, num saltem possit homo, vi alimentorum & pharmacorum perpetuò conservari

vivus, & hoc sensu fieri immortalis?

Negat P. Hurt. hic d. i. f. 10. subf. 4. Alij tamen affirmant, quibus nos subscribemus. Probatur primò, quia de facto lignum vitæ habuit eam virtutem naturalem, ut asserunt Patres communiter, quos sequitur hac in parte S. Thomas 1. p. q. 97. art. 4. & ipsum cum aliis multis Molina in opere sex dierum, d. 28. & Suarez ibidem, l. 3. ca. 15. n. 4. qui plures citat. Unde S. August. 1. 14. de Civit. Dei c. 26. citatur à S. Thomâ, Cibus, inquit, aderat homini ne esuriret; potus, ne sitiret; & lignum vitæ, ne senectus eum dissolveret. Et l. de qq. veteris & novi Testamenti. tract. 5. qu. 19. ultra arbor, inquit, medicina modo corruptionem hominum prohibebat.

Licet ergo P. Hurtado loco citato asserat Scotum affirmare, non potuisse lignum vitæ ita refarcire damnnum, seu substantiam, & qualitates deperditas, ut semper homo viveret, sed solum per longum aliquod tempus, donec scilicet homines in paradiso degentes transferendi essent in cælum: est tamen contra communem sententiam Patrum, & Theologorum, imò verba sacræ Scripturæ videntur directe contraria, ideo enim ejectus dicitur Adam de paradiso, ne comederet de ligno vitæ, & viveret in æternum. Licet etiam Beda, D. Bonav. & alij hanc vim ligni vitæ dicant fuisse miraculosam, communiter tamen affirmatur ab omnibus fuisse naturalem. Cur ergo non possint esse alia alimenta, vel pharmaca, quæ per optimam temperiem qualitatum, non solum substantiam, deperditam relarcient, sed etiam qualitates requisitas ad justum temperamentum reducerent? sicque homines illorum beneficio & vi naturali viverent perpetuò.

Utum autem de facto sint in rerum naturâ huiusmodi alimenta, vel pharmaca, sive ea plantæ sint, sive metalla, aut mineralia, ut vocant, non satis constat. Hæc certè ratio non probat de facto ea non existere, quòd scilicet antehac fuissent inventa: concedunt enim ferè omnes possibilem esse artem conficiendi aurum, quæ tamen hæcenus nunquam fuit inventa. Unde si quis haberet notitiam intuitivam, & copiam omnium rerum, posset habere remedia ad vitam perpetuò conservandam, sicque esset immortalis, non quidem immortalitate perfectâ, ita ut posse non posset mori, quâ immortalitate fruuntur Sancti post diem Iudicij, sed imperfectâ, ita scilicet ut posset non mori, sed in promptu haberet semper remedia quæ naturam illius deficientem restaurarent, & in integrum restituerent.

Licet verò Adamus habuerit notitiam omnium rerum, sicut & Salomon, non tamen habuerunt omnia ad manum, Deo ita disponente, qui in pœnam peccati vult omnes mori. Nec permittit Deus, ut dæmones, qui rerum omnium existentium notitiam habent, doceant homines hanc artem, seu ut iis afferant res ad vitam conservandam idoneas: sicut nec permittit ut ipsos doceant artem Chymicam, nec ut iis afferant de ligno vitæ; quod tamen, sicut & paradysum, etiam num existere plurimi affirmant. Sed de his satis.

DISPU-

DISPUTATIO V.

De Augmentatione, & Diminutione.

SECTIO PRIMA.

Explicatur earum natura; & quomodo augmentatio differat à primâ Generatione.

I. **D**ifferunt communiter, quod Augmentatio sit motus à minori ad maiorem; Diminutio à maiori ad minorem substantiam. Differit ergo Augmentatio ab Alteratione, quod Alteratio sit motus ad qualitatem: ab accretione, quod hæc sit ad qualitatem: denique à Generatione, quod Augmentatio supponat substantiam jam productam, non sic generatio, sed hæc terminatur ad ipsam primam substantiæ positionem à parre rei.

II. Differunt verò Augmentatio & Diminutio rationem termini ad quem, & à quo, sicut Generatio & corruptio: Generatio enim & Augmentatio sunt ad terminum positivum, nempe ad ipsam substantiam rei, vel unionem ejus informationis, aut continuativam: Diminutio verò & corruptio ad harum negationem. Unde quando dicitur Diminutio esse ad minorem substantiam, non intelligitur illius terminum ad quem esse minorem substantiam, seu entitatem minoris substantiæ, sed amissionem alicujus partis substantiæ, quam antea res habebat, amissio autem formaliter est negatio, vel ipsius substantiæ, vel saltem unionis.

III. Quare in senibus & pueris est simul Augmentatio & Diminutio: quia tamen hæc in senibus est major, illa in pueris, dicitur simpliciter dari augmentationem in pueris, in senibus diminutionem. Sicut si è vase aliquo, quod multum in se aquæ continet, plus effluat, quam infunditur, licet simul ibi sit augmentatio, & diminutio illius aquæ, spectando scilicet præcisè terminos à quo, & ad quem, cum verè ibi detur motus, & ad negationem aquæ, & ad aquam, simpliciter tamen dicitur aqua illa diminui, quia nimirum plus ex ea deperditur, quam acquiritur. Diminutio tamen supponit & connotat aliquid illius substantiæ, quæ diminuitur, manere; nam si tota destrueretur, non esset Diminutio, sed corruptio, & destructio. Sicut è contrà Augmentatio præsupponit aliquid illius substantiæ antea fuisse productum. Quod verò est Augmentatio & Diminutio respectu substantiæ, est accretio & decretio respectu quantitatis.

IV. Augmentatio, alia simplex: cum scilicet non producit pars adveniens, sed solum illius unio, ut cum aqua, ær, aut ignis augetur additione aliarum partium similium ipsi appositarum. Alia augmentatio vocatur aggeneratio, quando scilicet agens non unit sibi tantum, sed producit partem sibi adjunctam, ut cum ignis & aqua producant suas formas in materia ligni, vel æris, ubi & partem formæ producant, & eam sibi uniunt, ac præterea efficiunt ut una pars materiæ alteri continuetur. Alia demum Augmentatio dicitur nutritio, cum scilicet vivens vel producit novam partem substantiæ, seu formæ, ut in animalibus omnibus & plantis, vel unionis, ut in homine.

V. Hinc præter dicta initio sectionis constat quomodo Augmentatio differat à generatione: si enim sit simplex solum augmentatio, differat specie, cum hi

duo modi sint ad terminos specie distinctos: generatio enim terminatur ad productionem formæ, vel unionis informationis, augmentatio verò simplex solum ad unionem continuativam materiæ, formæ, aut unionis, ut constat cum aqua augetur additione alterius partis aquæ. Ac proinde augmentatio absolute sumpta abstrahit à productione, vel non productione novæ partis formæ, aut unionis informationis.

VI. Aggeneratio etiam specie distinguitur à primâ generatione. Ratio est, quia ad variationem actionis sufficit variatio termini partialis, sed terminus, saltem partialis, est diversus in aggeneratione à primâ generatione, nam unus ex terminis in aggeneratione est unio continuativa materiæ, ut cum ignis in se convertit ærem: hæc autem unio non reperitur inter terminos primæ generationis, ut cum ignis primo producit alium ignem, ita tamen ut non continuatur ignis productus cum producente, ut fit dum ignis accendit carbones sibi proximos, quos tamen sibi non unit. Ad aggenerationem ergo non sufficit sola productio unionis informationis, inter materiam & formam, nec productio partis formæ acquisitæ cum aliâ, sed præterea unio continuativa materiæ cum præcedente: sicque aggeneratio, si adæquate sumatur, non videtur esse una aliqua, & simplex actio, sed aggregatum ex pluribus, saltem ex duobus.

Hoc à fortiori constat in nutritione, seu aggeneratione viventium, in quâ idem urget argumentum de distinctione specifica inter generationem & nutritionem, ob distinctionem terminorum, & præterea quod nutritio sit actus aliquo modo vitalis, ad distinctionem autem actionis sufficit diversus modus tendendi, licet objectum seu terminus, & principium sit omnino idem, ut constat in apprehensione & iudicio circa eandem omnino rem, & in actione generativâ & creativâ formæ materiali, casu quo materia elevaretur ad illius creationem. Nutritio etiam non petit tot organa & dispositiones, ac prima generatio, ut constat in productione & nutritione omnium animalium: deinde in nostra sententiâ de generatione viventium supra d. 2. sect. 3. explicatâ, peculiaris ratio est cur dicamus distinguere nutritionem viventis à primâ illius generatione, quia scilicet est diversum illarum principium; in primâ enim generatione unio inter materiam, & formam producit à semine: in nutritione verò seu aggeneratione producit ab ipso vivente.

Notandum hic cum Aristotele, tunc solum communiter dici nutriti homines quando crescant, id est, quando plus acquirunt substantiæ, quam deperdunt, præsertim versus altitatem seu proceritatem, & vocatur ab Aristotele *tempus accretionis*, id quod nutritur communiter usque ad vigesimum primum annum, vel, ut alij, ad vigesimum quintum, quando esset adhuc nonnihil mollia, & consequenter dilatationis aptiora. Inde usque ad trigessimum quintum plus minus, dicuntur homines *esse in statu*, quando scilicet tantundem substantiæ acquirunt, ac deperdunt. Reliquum verò vitæ tempus vocatur *tempus decretionis*, quando scilicet plus deperdunt communiter substantiæ, quam acquirunt. Ex morbo tamen, vel aliâ occasione decreverunt subinde citius, sed hoc

fit per accidens, & non secundum consuetam naturæ exigentiam.

IX.

Iusta humani corporis proportio.

Quæ hominis statura sit optima.

Adde præterea juxta Plinium, triennio, vel, ut Aristoteles, & melius, quinquennio habere hominem dimidium fermè totius suæ magnitudinis quam toto vitæ decursu est habiturus. Addit Aristoteles, & S. Augustinus l. 15. de civit. c. 26. humanum corpus, ut rectè proportionatum sit, sit debere sexies tantum continere in longitudine, seu à vertice ad pedes, quantum in latitudine, seu à dextro latere ad sinistram: & decies tantum in longitudine, ac in profunditate, seu à dorso ad pectus, aut ventrem. Optima verò hominis statura, juxta eosdem constat quatuor cubitis: cubitus verò, ut hic accipitur, constat pede cum dimidio, pes quatuor palmis, palmus quatuor digitis, digitus quatuor granis hordeaceis. Sed de his satis. Qui plura cupit, habet quos consultat.

SECTIO II.

Sine augmentatio motus successivè continuus, an discretus.

I.

Proponitur status præfatus controversia.

Quæstio est, utrum, dum vel ignis aërem verbi causâ, vel vivens in se alimentum convertit, id uno continuo tenore præstent, partes materiæ sibi viciniores prius disponendo, & in eas, partes similiter formæ vel unionis continuâ successione paulatim inducendo: an potius partem aliquam materiæ, determinatæ magnitudinis, digitalem exempli gratiâ, disponat, & in eam in instante partem similiter digitalem formæ totam simul inducat, & post aliquod tempus aliam rursus partem digitalem materiæ disponat, & similem formæ partem in alio instante in eam introducat, & sic deinceps: sicque non continuè, & in tempore, sed per pausas, & in instantibus discretis fiat nutritio, & augmentatio.

II.

Prima sententia aut augmentatorem non fieri successivè.

Prima sententia affirmat nutritionem, & augmentationem fieri in instantibus quibusdam discretis, & non in parte temporis, seu continuè: ita Averroës l. 3. Phys. comment. 8. Albertus l. 8. tex. 23. Scotus in 4. d. 44. q. 5. Capreol. in 1. d. 17. q. 2. a. 2. fine, Sotus l. 8. Met. q. 22. & 28. Tolet. l. 1. de Gener. q. 11. Hurt. d. 3. de Gen. l. 3. n. 28. Arriaga d. 2. de Gen. l. 3. n. 26. & alij. Citatur etiam S. Thomas 8. Phys. tex. 23. & 2. 2. q. 24. a. 6. corp.

III.

Secunda sententia affirmat augmentatorem esse motum successivum & continuum.

Secunda sententia è contrâ asserit, nutritionem & augmentationem esse motum continuum: ita Greg. in 1. d. 17. q. 2. a. 1. Sotus l. 1. Phys. q. 4. a. 3. Iandun. l. 8. Phys. q. 7. Pererius l. 14. Phys. c. 2. ad 7. Marsilius l. 1. de Gen. q. 14. Conimb. l. 1. de Gen. c. 5. q. 16. a. 2. Rubius l. 1. de Gen. c. 5. tr. de Augmentat. q. 3. n. 27. Murcia l. 1. de Gen. d. 3. q. 3. §. His tamen. Pro hac sententiâ citatur etiam S. Thomas 7. Phys. tex. 49. & 3. p. q. 33. a. 1. corp. & ad 4. ita ut mens ejus hac in parte videatur valdè dubia. Estque expressa mens Aristotelis l. 6. Phys. t. 49. ubi eodem modo loquitur de motu augmentationis, ac de motu locali, & utrumque in continuo fluxu situm esse affirmat.

IV.

Quadam primò produciuntur in parte determinatâ.

Prima conclusio: Prima quarundam rerum productio sit in certâ aliquâ parte materiæ determinatæ magnitudinis. Hoc constat in generatione viventium, saltem perfectorum. Qua de re plura d. 6. l. 2. n. 5.

V.

Augmentatio, per se loquendo, sit successivè, & continuè.

Secunda conclusio: nutritio & augmentatio possunt fieri, imò de facto per se loquendo fiunt in parte temporis, sicque continuè, & successivè: ita auctores secundæ sententiæ. Ratio est, quia ultima dispositio ponitur in parte temporis, cum agentia naturalia per se loquendo agant uniformiter difformiter per suam sphaeram, & successivè, ergo & pars for-

mæ ad dispositionem illam consequens producitur similiter successivè, & in parte temporis: nec enim requiritur ut dispositio sit in subiecto ullo tempore, vel instante ante formam, sed sufficit esse prius naturâ, ergo eodem tempore quo ponitur ultima dispositio, poni potest forma, seu pars formæ, ad quam disponit, cum sola prioritas naturæ sufficiat.

Conf. agens naturale, ignis exempli gratiâ, (naturale cum sit) agit necessariò, ergo in partem aëris proximiorē agat quantum potest, sed potest citius in illam calorem vehementem, & dispositionem ad ignem inducere, quam in partem magis remotam, ergo: minor probatur, pars vicinior aëris melius applicatur, ergo fortius in eam agere poterit ignis, quam in aliam non ita bene applicatam, ut in omnibus alijs agentibus, sole scilicet, candelâ, &c. videmus, quæ in partibus sibi vicinioribus intensiorem semper lucem producunt. Sicut ergo dispositiones ad ignem in partibus aëris igni vicinioribus citius producuntur, quam in remotioribus, eodem etiam modo in ijs producitur citius forma ignis.

SECTIO III.

Objectiones contendentes augmentationem non fieri continuè, sed discretè.

Obijciens primò: (Et est præcipua ratio contrariæ sententiæ) debet ante inductionem formæ materia esse ultimò disposita, ultimò autem sonat indivisibile, cum inter partes proportionales nulla sit ultima: quævis enim ulterius, & ulterius divisibilis est in infinitum. Resp. dispositionem illam in tempore totam poni, & habere ultimum, non positivè, id est, ita ut assignari possit ultimum, sed solum negativè id est, ita ut præter illud quod ibi est, nihil aliud requiratur ad inductionem formæ: cum enim indivisibile illud nihil addat intensiōis, non requiritur ad inductionem formæ, ac proinde, cum tota intensio producat in tempore, rota etiam dispositio requisita producitur in tempore, ergo tunc produci poterit pars formæ ad quam disponit, cum non requiratur, ut dixi, nisi prioritas naturæ.

In eo autem casu dici non potest propriè esse producta dispositio illa & forma, sed produci, cum in ijs, quæ producuntur successivè, prius sit fieri quam factum esse, secus in ijs quæ producuntur instantaneè: tunc enim solum est quid productum, si propriè loquamur, quando in aliquo instante est verum de illo affirmare, nunc est, nunc autem sonat instans, unde res in tempore est in produci, in instante est producta. Verè tamen tota entitas producebatur, & esse suum accipiebat ante illud instans, & in tempore. Adde, & ipsum indivisibile posse produci in tempore, ut latius explicabimus Disp. sequent.

Obijciens secundò: agentia naturalia non semper operari uniformiter difformiter per suam sphaeram, sed aliquando fortius operari in remoto quam in propinquo, ergo potest aliqua uni pars tota simul disponi, ac proinde, & forma secundum magnam aliquam partem sui simul induci, ergo in hoc casu non fieret mutatio successivè. Resp. primò concedendo totum, nos enim solum loquimur ex naturâ rei, & quid communiter contingat, licet autem agentia naturalia subinde fortius operentur in remoto, quam in propinquo ob meliorem medijs dispositionem, aut aliud hujusmodi, communiter tamen id non fit. Secundò dico, in partem illam remotiorem inducendam partem formæ successivè, in partem scilicet illius viciniorē prius quam in remotiorem, cum pars vicinior illius sit melius applicata, sicque prius

VI.

Agentia naturalia fortius agunt in partibus vicinioribus, ut pote melius applicatis.

I.

Obijci: ultima dispositio non ponitur in tempore, ergo neque forma.

Resp. Dispositionem ponit in tempore, & habere tunc ultimum negativè.

II.

Res in tempore est in produci, in instante est producta.

III.

Obijci: agentia naturalia non semper agunt uniformiter difformiter.

Resp. per agentia naturalia non semper agunt uniformiter difformiter.

prius disponetur, quam pars remotior ejusdem capacitatis.

IV. *Obij: in primâ generatione viventium, equi, leonis, hominis &c. forma inducitur simul in magnam partem materiæ, & non in minimam, ut in nutritione seu argumentatione, ergo in primâ generatione disponi debet simul magna illa pars materiæ & non una particula post aliam, alioqui vel forma viventis inducetur in aliquas partes illius materiæ sine ultimâ dispositione, vel dabitur ultima dispositio in aliquâ parte materiæ sine formâ; vel tandem sequetur, formam præcedentem manere sine suâ dispositione: quæ tamen valde videntur in Philosophiâ peregrina.*

V. *Resp. primò, non minùs esse peregrinũ quòd agens naturale non egat uniformiter difformiter, ubi nulla est inæqualitas ex parte medijs, quod tamen hic deberet concedi. Resp. ergo secundò, cum partes materiæ disponendæ ad formam viventis, inæqualiter distent à causâ disponente necessariâ, nec sit aliqua diversitas in medio, necessariò disponi debet subiectum successivè, & non omnes partes simul æqualiter: Ultima tamen dispositio ad formam viventis non inducitur antequam omnes partes necessariæ ad eam formam, & omnia organa formetur: cum enim sit ultima dispositio ad formam viventis, & habeat naturalem connexionem cum illâ, eandem petere videtur organizationem, & partium varietatem cum illâ.*

VI. *Quòd, verò additur, hinc sequi, fore formam in materiâ sine suâ dispositione. Resp. longè diversam esse rationem de formâ, viâ generationis, & viâ corruptionis: viâ enim corruptionis potest conservari forma cum valde tenuibus dispositionibus, & videmus in homine moriente, imò & nonnunquam cum contrariis, cum quibus tamen non potest primò produci.*

VII. *Dices; non potest forma operari sine dispositionibus, sed non debetur illi esse nisi ubi potest operari. ergo instante quo tolluntur dispositiones illius, sufficit quòd debet etiam tolli ipsa forma. Resp. ad hoc ut sit, seu permaneat ad breve aliquod tempus, non requiri ut possit operari modo perfectissimo, & omnes suas operationes exercere ut constat in exemplo allato de homine moriente, & aliis, sed sufficit quòd possit exercere quascunque, & modo quantumvis imperfecto: hoc autem præstare poterit cum quibuscunque imperfectis dispositionibus. Addo probabile esse, quod affirmit aliqui, in partem illam ex qua expelluntur dispositiones prioris formæ in generatione viventis, induci aliam formam, quæ requirit pauciores dispositiones quàm forma perfecti viventis.*

VIII. *Tandem dico, licet viâ generationis non possit forma induci sine dispositionibus debitis, viâ tamen corruptionis videre subsistere subinde posse formam sine ullâ omnino dispositione, si contingeret omnes ejus dispositiones auferri (quod tamen fortè nunquam accidit) posset, inquam, persistere, casu quo non posset adhuc forma sublequens induci. Licet enim connaturaliter, & juxta communem cursum rerum id non fiat, in casu tamen aliquo particulari, non est cur fieri nequeat: sicut licet gravia juxta communem naturæ legem ferantur versus centrum, in particularibus tamen quibusdam calibus ferantur fursum, & levia è contrâ deorsum: ad vitandum scilicet vacuum. Quod gravia & levia præter naturæ ordinem faciunt, ad vitandum vacuum locale, facere similiter poterunt formæ ad vitandum Vacuum Physicum, seu, ne materia sit sine omni formâ: quod vacuum non minùs abhorret natura, quàm locale. Quando autem dicunt auctores,*

res, formam dependere ab ultimâ dispositione, intelligunt in primâ productione, non in conservatione, ut ostensum est.

SECTIO IV.

Alia argumenta contra augmentationem successivam, & continuam.

P. Arriaga d.2. de Gen. f.3. n.26. relictis iis, quæ ab aliis afferuntur ad probandum augmentationem non fieri successivè, sed per morulas interruptas, alia proponit quæ, ut ipsi videtur, multò clariùs evincunt, agentia naturalia per certam aliquam magnitudinem spatij æqualiter quoad intentionem operari, sicque ignem ex. gratiâ, ad integrum digitum, aut palmum sibi proximum æqualis intensio- nis calorem in omnibus digiti illius, aut palmi partibus producere: deinde in toto secundo digito, aut palmo, minoris quidem intensio- nis calorem efficere, sed in omnibus digiti illius, aut palmi partibus similiter æqualem: & sic de aliis digitis aut palmis intra totam activitatis ignis, aut alterius agentis sphaeram.

Arguit primò: in primâ productione viventis agentia naturalia non agunt uniformiter difformiter, sed totam partem minimam naturalis quæ ad primam viventis generationem requiritur, simul disponunt, ergo idem erit in augmentatione. Resp. negando antecedens, sed pars illa minima disponitur successivè. Quomodo autem forma viventis non statim in partem minorem minimâ inducatur, quomodo verò forma præcedens viâ corruptionis ad tempus aliquod stet sine dispositionibus plenè requisitis, dixi sect. præcedente, n.6 & 7. octavo.

Arguit secundò n.27. experientiis, inquit, quibusdam constat agentia naturalia non agere uniformiter difformiter, sed æqualiter per partes determinatas spatij, modo num. primo explicato: tam citò enim, inquit, audiuntur verba loquentis ab eo qui uno, vel duobus passibus à loquente distat, quàm ab illo qui conjunctus est loquenti: ergo species soni per determinatam aliquam partem spatij (duorum scilicet passuum, aut circiter) simul in certâ intensio- ne producuntur, & non priùs, vel intensius in primo passu, quàm in secundo.

Sed contrâ; quæro, unde constat eodem planè indivisibili momento temporis utrumque loquentis verba audire, & illum qui uno tantum passu à loquente abest, exiguo saltem aliquo tempore non ea citiùs percipere, illo qui duobus passibus distat?

Dices; inde colligi, quòd in illis duobus, quorum unus post alterum stat proximè loquenti, nulla percipiatur differentia in tempore quòd vocem illam audiunt, cum tamen percipiatur differentia inter hos & illum qui longè abest, ut quotidianâ constat experientia: ergo vocem illius simul audiunt, sicque vox per spatium duorum passuum eodem indivisibili momento species producit.

Contra primò, experientia hæc non probat duos illos, inæqualiter à loquente distantes, eodem planè indivisibili momento temporis illius locutionem audire, aut quòd vox eodem etiam momento species sui in eorum auribus producat, sed quòd exigua adeò sit differentia, ut in tantillo spatio non adverteretur: aliud enim est esse differentiam, aliud eam percipi, aliud cernere, aliud discernere. Sicut si quis fixis oculis plantam, aut arborem crescentem intueatur, augmentum illius cernit, cum non minùs speciem sui in intuitus oculo producat, quàm reliquæ partes arbores, aut plantæ; non tamen discernet, nisi post diuturnum tempus, ubi notabilis factus fuerit

fuerit excessus. Et quoad hoc idem est sive augmentatio fiat successione continuâ, sive per instantia discreta. Idem est in umbrâ horologii, & alijs hujusmodi.

VII.

Claro exemplo ostenditur esse in rebus differentiam, licet non appareat.

Quod verò aliud sit, diversitatem esse, aliud percipi, aliud eam cernere, aliud discernere, clare ostenditur hoc exemplo. Ponamus tres columnas juxta se sitas, quarum quævis alteram excedat uno, vel duobus tantum punctis, tum in longitudine, tum circumferentiâ, (idem est in opinione Aristotelis, si columnæ illæ se superent centesima tantum parte latitudinis unius pili) si quis ergo tres istas columnas intueatur, videbit puncta illa, quibus una aliam excedit, cum illa puncta æquæ sint visibilia atque alia ex quibus columnæ illæ componuntur, & tamen ob exiguum differentiam excessum illum, ac diversitatem non animadvertet: ergo in præsentia ex eo quod nulla discernatur differentia in perceptione soni, non sequitur nullam esse, maxime cum visus sit sensus longè acutior auditu. Plura in hanc rem dixi d. 25. Logicæ, l. 3. n. 4. 5. & 6.

VIII.

Manifesta instantia refellitur argumentum de duobus simul audientibus loquentem.

Contra eandem responsionem est secundò: sicut inter primum qui uno, & secundum qui duobus passibus distat à loquente, nulla in hoc cernitur diversitas, ita nec inter secundum & tertium, seu cum qui tribus passibus distat, imò nec inter ullos duos sibi proximos, & tamen tertius uno instante serius audit, cum vox illa primo instante species nisi ad duos passus non diffundat ut supponitur, ergo ex eo quod non appareat diversitas, & successio, non sequitur non esse: ergo idem dici poterit de duobus primis.

XI.

Longè minor est lux à sole hinc producta, quam prope solem, non tamen minor instans.

Arguit tertio n. 28. nisi dicamus solem ad partem aliquam determinatam producere lucem æqualis intensiois, & deinde ad aliam, similiter determinatam partem lucem similiter æqualem, licet minoris intensiois quam in parte soli proximâ, sequetur lucem solis, dum ad nos pervenit, decrevisse prope in infinitum. Resp. multum quidem decrevisse, non tamen ita quin sol, qui tantam habet vim lucis effectricem, multum adhuc lucis in tantâ distantia possit producere. Nec hoc vitatur per partes illas determinatas æqualis intensiois, cum partes illæ sint valde exiguæ; quotidianâ enim experientiâ constat, si librum tantillum à fenestrâ amoveamus, nos minus videre, sicque lucem esse determinatè minorem, & decrevisse.

X.

Obij: qualitatē materialem non posse in tam parvâ parte existere.

Arguit quartò n. 26. nam etiam ex parte effectus producendi oritur repugnantia, qualitas enim, inquit, materialis non potest in tam parvâ parte existere, ergo etiam si ex parte agentis nulla esset specialis difficultas, esset tamen ex parte effectus. Contrâ primò: docet ipse d. 2. de Gen. l. 4. n. 57. corpora mortua non determinare sibi terminum parvitatē, sed posse, etiam in uno indivisibili materia existere: unde, inquit, non repugnat ut detur unum indivisibile offis, aut olei separatim à reliquis. Nec dicas hoc verum esse de solis substantijs, non de accidentibus; si enim indivisibile offis, aut olei existeret separatim à reliquis, haberet sua accidentia, & dispositiones.

Refellitur hoc obiectio ex doctrinâ obiectivâ.

XI.

Licet qualitas deberet primò in parte determinatâ produci, posset tamen continē augeri.

Contra secundò: esto, fortè sit aliqua repugnantia quo minus qualitates materiales primò in tam parvâ parte producantur, nulla tamen est, ubi prima earum pars in certâ magnitudine est producta, cur augeri nequeant, & augmentatio fieri successivè, ac partes qualitatis priori parti determinatæ, jam productæ, continuè & sine interruptione superaddi: sicque agentia naturalia agent uniformiter difformiter.

XII.

Falsum ergo est quod asserit P. Arriaga citatus n. 35, nempe si quis asserit scindenti ligna, tam citò cum

sonum audire, ac videt istum. Hoc, inquam, non ita se habet, si loquamur de similitudine metaphysicâ, seu de eodem primo instante: sed solum est verum de similitudine morali, hoc est, tam exigua est differentia, ut non percipiatur. Sicut enim qui est remotus, multò tardius audit sonum, quàm istum videat, ita qui est proximus, paulò serius eundem audit, licet ob parvitatem distantie, differentia non discernatur, ut ostendi totâ hac sectione. Ratio verò est, quia vel sonus realis, vel species soni diffunditur successivè: quod quomodo contingat, ostendam suo loco in libris de Anima.

SECTIO V.

Solutione ejusdem difficultatis magis declaratur successio continua agentium naturalium in operando.

EX dictis sect. præcedente infero, alterationem non esse interruptam, nec fieri per instantia discreta, sed esse successivè continuam, idque tam extensivè, seu in ordine ad diversas partes subjecti, quàm intensivè, seu respectu diversarum partium qualitatis in eadem parte subjecti. Hoc probatum est totâ sect. præcedente: & præterea ratio videtur evidens nulla enim afferri causa potest, cur ignis ex gratiâ, aut calor ab operando cesset, effectus enim est producibilis, subjectum capax, agens debitè applicatum, & necessarium, ex quo ergo capite interruptitur actio?

Contra hoc opponit P. Arriaga d. 2. Gen. l. 3. n. 41. experientiam illam de pondere asseri impositum, quod non statim, sed post dies aliquot, aut etiam subinde menses asserem frangit, ergo non gravitatur à primo instante sine interruptione, sic enim longè citius asserem fregisset, ergo non gravitatur semper, sed per instantia discreta, nunc scilicet gravitando, nunc gravitationem intermittendo.

Contra primò: certum videtur pondus illud semper gravitare, tum quia si quis manum illi ponderi supponeret, semper sentiret illam à pondere incumbente premi. Dices; morulæ quibus pondus illud non gravitat, sunt breves, ac proinde non sentiuntur. Resp. primò, licet breves, sunt frequentes, ergo sentirentur, præsertim cum experientiâ constet dum quis pondere premitur, si pondus grave sit, sentire ipsum si vel minimo tempore onere levetur. Resp. secundò, sicut morulæ cessationis sunt breves, ita & momenta gravitationis, cum singula singulis semel morulis interruptantur, ergo sicut ob brevitatē non sentiuntur intermissiones gravitationis, ita nec sentirentur gravitationes morulis illis interruptæ.

Contra secundò: nulla ratio est cur pondus illud non æquè secundo instante gravitaret, ac primo, cum vires adhuc habeat integras, & nullum opponatur obstaculum. Idem autem, in quantum idem semper naturæ est facere idem, juxta Aristot. hic l. 2. cap. 10. tex. 56.

Respondet, licet entitates ignis, aut lapidis manent eadem, circumstantiæ tamen mutantur. Contrâ, nulla hic circumstantia mutatur, præter circumstantiam temporis, vires enim lapidis non atteruntur gravitando, ut contingit in homine, vel equo, in quibus spiritus currendo, aut laborando infumuntur: aut in instrumentis artis, quorum acies longo usu obtunduntur, sicque aptari iterum prius debent, quàm ad opus aliquod adhibeantur. At virtus motiva lapidis gravitando, aut cadendo non minuitur, imò vires potius acquirit eundo; quid ergo ipsum detinet

detinet quo minus semper gravitet, & perpetuo deorsum ad centrum nitatur.

VI. *Equitur lapidem huiusmodi pen- silem in aere.*
Contra tertio: si secundo instante non gravitet, ergo si Deus illo instante asserem annihilaret, haerere lapis ille pensilis in aere, à nullo sustentatus, quod planè est incredibile: quæ autem necessitas tam mira, tamque peregrina affirmandi?

VII. *Nulla experientia probat lapidem non semper agere in asserem.*
Dicit n. 46. ad hæc & similia nos cogi experientijs. Contra, experientia quidem probant asserem à lapide pressum, non nisi post dies aliquot frangi, & ignem non statim, & totum simul, sed paulatim, & per partes calorem, & formam ignis in materia sibi applicatâ producere: nulla tamen experientia ostendit lapidem alternis tantum instantibus gravitare, aut ingentem ignem passio capaci debite applicatum harere aliquantisper, & non illico operari.

VIII. *Resp. ergo lapidum ab initio asserem semper premere, & insensibiliter curvare, donec frangatur.*
Ad argumentum itaque n. 2. propositum respondet, pondus illud, ubi primum asseri imponitur, gravitare, nec gravitationem unquam intermittere. Producit ergo aliquid in asserem ab initio, partes illas scilicet, quibus incumbit, imperceptibiliter laxando, vel incurvando, aut aliquid ad fractionem tendens in ijs producendo. Partes verò illæ perpetuâ ponderis illius gravitatione pressæ, magis ac magis continuè insensibiliter laxantur, & immutantur: quo fit, ut vires asseris resistivæ, quæ ab initio erant maximæ, sensim minuantur: sicque asser tandem, cum non sit amplius ferendo, rumpitur.

IX. *Dices: si lapis continenter gravitaret, multo citius frangeretur asserem.*
Dices, si lapis asseri impositus perpetuo gravitet, & partes illæ sine intermissione urgentur, & incurvantur, asser non post dies aliquot vel annos, sed brevissimo tempore frangeretur. Resp. hoc pendere à majore vel minore excessu in gravitate lapidis, & viribus resistendi in asserem: potest enim esse talis excessus, ut non post diem, vel horam, sed statim, & in ictu oculi asser frangatur. Potest verò e contra, esse tanta vis resistendi in asserem, & excessus in gravitate tam exiguus, ut non nisi post mensem, imò forte annum asser rumpatur.

num asser rumpatur.

X. *Exemplo horologii.*
Res exemplo declaratur. In horologio solari potest umbra gnomonis horam integram, vel etiam diem infumere pertranscundo latitudinem unius pilinidè posset annus in tantillo spatio percurrere, impendi, ut demonstrant Mathematici, si nimirum sol milles moveretur lentius quam modò movetur. Quod etiam attemperatis ad certam mensuram ponderibus, posset in horologio rotato contingere. Sicut ergo umbra gnomonis, vel manus horologii his ponderibus circumacta, potest tam lentè promoveri, quidni attemperari etiam ita poterit pondus alicujus lapidis cum viribus resistendi in aliquo asserem, ut lentissimè deprimatur nec nisi post mensem, imò etiam annum, ad eum incurvationis gradum asser perveniat, ut dissiliat?

XI. *Dua solutio- nes hujus difficultatis in se con- feruntur.*
Nec video cur P. Arriaga hanc responsionem vocet ridiculam. Judicet quivis utrum magis hanc censuram mereatur, dicere lapidem asseri imposi- tum consueque continenter cum paulatim incurvare, donec rumpatur, an dicere, lapidem prægrandem ei- dem asseri impositum, per intervalla non gravitare, nec omnino asseri incumbere, sicque lapides mola- res, si trabs, cui prius incumbabant, auferretur, hæsu- ros aliquantisper pensiles in aere, nemine detinente: aut etiam dicere, ignem manui aut aëri applicatum, non statim in ijs aliquid producere, sed harere tan- tisper, quasi opus sit deliberatione aut consultatione, ut causa necessaria ad operationem se determi- net.

XII. *Plura hæc de re infra in li- in sumis.*
Alia ad interruptionem, seu morulas in altera- tione, & augmentatione probandam, locis citatis, asser hic auctor: sed ex ijs, quæ hac & præcedente sectione dicta sunt, existimo ea omnia facile solvi posse. De hoc tamen argumento plura infra in li- mili dicentur d. 7. l. 3. Sententiam verò illam, prout ponit morulas in motu locali, impugnavi in Physi- cis d. 44. sect. 2. & 3.

DISPUTATIO VI.

De Inceptione, & Desitione rerum: & de Maximo & Minimo.

Qua sit va- tio, cur di- cantur res desinere in- trinsecè, vel extrinsecè.
Duos incipiendi & desinendi modos in Phy- sicis tradidi d. 37. sect. 3. nempe per *primum* & *ultimum* esse, quod est incipere & desinere *intrinsecè*, quia scilicet primum & ultimum in- stans spectat ad intrinsecam durationem, & existen- tiam rerum, quæ sic incipiunt & desinunt, cum in eo instante verè sint. Alius modus est, per *primum* & *ultimum* non esse, quod dici solet, incipere, & desine- re *extrinsecè*, quia instans illud nō spectat ad intrin- secam durationem, & existentiam illarum rerum, cum verè in illo non sint. Hic ergo principia tunc generatim tradita, rebus singulis in particulari sunt applicanda. Ad rectam tamen horum intelligenti- am, supponenda sententia, quam in Physicis tradidi d. 45. continuum scilicet componi ex partibus & punctis, sine illâ enim opinione res hæc compositè intelligi non potest.

SECTIO I.

Declarantur particulares variarum rerum modi incipiendi & desinendi.

Prima Conclusio: res essentialiter successivæ, ut tempus, non possunt incipere & desinere per pri-
R. P. Th. Comptoni Philosophia

num & ultimum esse, & intrinsecè: possunt tamen sic incipere & desinere res per accidens tantum suc- cessivæ, ut calor, frigus, &c. Ratio primæ partis est, quia essentialiter successivum includit in suo con- ceptu prius & posterius, in instante autem reperiri prius & posterius non possunt, sed quæ producun- tur in instante, simul producuntur necesse est, quod partibus temporis repugnat.

II. *Posse tamen res essentialiter successivæ secun- dum ultimum complementum sui incipere & desinere in instante seu intrinsecè, nam hoc nihil est aliud dicere, quam ultimum instans determinatum terminativum horæ ex gr. produci in instante, & desinere in tempore, ita ut verum sit dicere, nunc est hora completa, seu ultimum illius complementum jam existit.* Et hæc videtur causa cur instantia isthæ vocentur *mutata esse*, quod scilicet res in ijs non tam mutantur, quam denotetur mutationem in ijs im- mediatè antè præcessisse.

II. *Res per ac- cidens suc- cessivæ pos- sunt inci- pere & de- sinere in- trinsecè.*
Secunda pars conclusionis, de rebus per accidens successivis, probatur: licet enim de facto frigus, calor, & alia hujusmodi producantur in tempore, & successivè ratione contrarij expellendi, si tamen non esset contrarium, produceretur sicut lux in instante, per & de- ut contigisse videtur in primâ rerum conditione, sine in- trinsecè

tem quoad varies gradus, tam caloris, quam frigoris, & aliorum accidentium quæ habent contrarium. Quod ergo producantur successive, est merè per accidens, & non ex intrinsecâ earum rerum naturâ, & essentiâ.

IV.
Angelus, & huiusmodi res permanentes produci possunt in tempore.

Secunda conclusio: res permanentes, etiam indivisibiles, quæ possunt durare per tempus divisibile, ut Angelus, anima rationalis, puncta materiæ, & quantitatis, aut aliorum accidentium, possunt non solum incipere intrinsecè, & per primum esse, seu in instante, & finire per primum non esse & extrinsecè, seu in instante; sed etiam possunt incipere extrinsecè, seu per ultimum non esse & in tempore, & finire intrinsecè, seu per ultimum esse, & similiter in tempore. Hæc secunda pars conclusionis non caret difficultate.

V.
Ostenditur rem indivisibilem produci posse in tempore.

Probat tamen primò: siquid obstat quo minus produci possint res istæ in tempore aliquo divisibili, maxime quia sunt entitative indivisibiles, & non habent partes, quæ una producat post aliam, sed hoc non obstat, ergo. Probat minor, indivisibilitas alicuius rei non obstat quo minus destruat in parte temporis, ergo nec quo minus in eadem producat. Consequentia videtur clara, nec enim quoad hoc minus requiruntur plures partes rei, quæ una destruat post aliam, quàm quarum una post aliam producat. Antecedens itaque probatur, instans, seu mutatum esse temporis (suppono hinc opinionem Aristotelis de constitutione temporis ex partibus & punctis) definit in tempore, cum per unicum tantum instans duret, ergo definit successive ex parte temporis.

Instans temporis definit in tempore.

VI.
Unio indivisibilis graduum caloris successivè inducitur in tempore.

Secundò probatur: quando calor expellit frigus è subiecto, omnes partes caloris producuntur in tempore: quando ergo pars tertij vel quarti gradus caloris inducitur in subiectum, eodem tempore unitur prioribus gradibus, nec enim ad minimum tempus potest esse in subiecto quartus gradus, quin uniatur tertio, ut apud omnes est in confesso, ergo producit unitus, ergo simul cum parte illâ producit unio, ergo unio producit in tempore, sicut pars quam unit, sed unio illa indivisibilis, ergo aliquid indivisibile potest produci in tempore.

VII.
Angelus potest durare in tempore, ergo & in tempore produci. Producere tunc Angelus simultaneè ex parte sui.

Tertiò: res indivisibilis, ut punctum, Angelus, vel anima, possunt durare per tempus, & successive, ergo & possunt in tempore produci: sicut enim arguitur quod producit successive, debet illius pars produci post aliam; ita argui posset, id quod durat successive, debere habere partes quarum una duret post aliam. Quemadmodum verò respondetur, durare Angelum successive ex parte temporis, sed simultaneè ex parte sui, idem dici poterit de primâ productione.

VIII.
Licet punctum quantitas non possit produci in spatio divisibili loci: potest tamen in parte divisibili temporis.

Dices primò: punctum materiæ, vel quantitatis non potest produci in spatio divisibili loci, ergo nec in spatio divisibili temporis. Contrâ, nec potest durare in spatio divisibili loci, & tamen negabit nullus durare posse in parte divisibili temporis. Potest tamen punctum materiæ vel quantitatis, si producat dum corpus illud movetur produci primò in spatio loci divisibili, sicut & postea eidem per motum respondere, non tamen permanentem. Disparitas ergo est, quod sit contra essentiam indivisibilis correspondere spatio loci divisibili: cum enim sit ex essentiâ suâ indivisibile extensionis, ipso facto quod correspondet spatio divisibili, esset simul divisibile extensionis, sicque sequeretur duo contradictoria. Et eadem est ratio cur licet res permanentes produci possint in tempore, nihilominus res essentialiter successive produci nequeat in instante; quia scilicet haberet aliquid contra suam essentiam, cum essentialiter petat ut una pars producat post aliam. Sicut

Nec pars temporis produci potest in instante, nec instans in tempore.

nec è contrâ potest instans temporis produci in tempore, quia non debet existere nisi per instans.

Dices secundò, hinc sequi actionem illam productivam Angeli fore & primam ejus productionem & conservationem: quod tamen videtur implicare, cum conservatio denotet primam productionem præcessisse.

Sed contrâ, quoad hoc enim eadem est difficultas de omni re, quæ producitur successive, cum enim nulla sit illius pars, quæ non producat successive, consequenter omnis pars actionis hujus termini ponitur similiter successive, & in tempore, ergo eodem modo erit prima productio & conservatio. Resp. itaque actionem non dici conservationem proprie, nisi post aliquod tempus completum, seu terminatum aliquo instante determinato, in quo dici possit nunc actio est: & usque ad illud instans dicitur prima productio, quia usque ab illud res est in primo produci.

IX.
Obj. actio nem illam fore & primam productionem & conservationem. Quando dicitur actio esse prima productio, incipit appellari conservationem.

SECTIO II.

An, & quibus rebus statuendi sint termini magnitudinis, & parvitat.

Quatuor à Philosophis statuuntur termini rerum, duo versus magnitudinem, nempe maximum quod sit, & minimum quod non: ut si vivens aliquod possit perungere ad longitudinem duarum tantum ulnarum, longitudo duarum ulnarum est maximum quod sit, seu maximus terminus ad quem potest res illa naturaliter pervenire, ac proinde vocatur terminus intrinsecus. Longitudo autem superior proxima in magnitudine duabus ulnis dicitur minimum quod non seu minimum ex majoribus omnibus mensuris, ad quas res illa non potest naturaliter pervenire, quæ de causâ vocatur terminus extrinsecus.

I.
Duo termini magnitudinis: Maximum quod sit, & Minimum quod non.

Duo etiam statuuntur termini versus parvitatem, nempe, minimum quod sit, seu minima ex ijs quantitatibus sub quibus res aliqua potest naturaliter persistere, & dicitur terminus intrinsecus. Alius terminus dicitur maximum quod non, seu maxima ex ijs omnibus mensuris versus parvitatem, sub quibus res illa non potest naturaliter subsistere, hęcque vocatur terminus extrinsecus, quia est extra naturalem constitutionem illius rei, sicut supra diximus de modis definendi extrinsecè, & intrinsecè. Cum ergo rebus omnibus idem statui termini non possint, inquirendum quos quæq; fines ac limites sortiantur.

II.
Duo termini parvitat: Minimum quod sit, & Maximum quod non.

Non procedit quæstio in ordine ad Divinam potentiam, cum miraculosè non videatur implicare, ut ipse quæcunque tam viventia, quàm non viventia in quavis quantitate producat, & conservet. Non etiam est sermo secundum naturalem constitutionem universi, neque enim stantibus rebus ut stant, potest ignis in hoc universo in majori dimensione produci, aut conservari, quàm sit ambitus superficiæ concavæ spheræ Lunæ, cum ab illâ impediatur quo minus ulterius se dilatet. Ignis etiam in hac infimâ regione aeris in valde exigua quantitate conservari non potest, ob contraria scilicet, quæ in ipsum agerent, & extinguerent.

III.
Non esset sermo hic de terminis rerum in ordine ad Divinam potentiam.

Inquirimus ergo: utrum spectatis merè naturis rerum, possit Deus in quacunque majore, vel minore quantitate, aut parte materiæ, producere res, absque eò quod vis inferatur earum naturis, vel miraculum ullum interveniat: an verò ita res aliqua ex naturâ suâ sibi determinent certum aliquem terminum magnitudinis, aut parvitat, ut in majore, vel minori naturaliter esse non possint.

IV.
Status præsentis controversiæ.

Dico primò: viventia viâ generationis requirunt terminum parvitat, seu minimum quod sit, saltem

V.
mora.

Viventia in primâ generatione habent terminum parvitatis.

Ratio est, quia diversitas organorum certam magnitudinem requirit.

Aliud est in viventibus conservatio de non eisdem habent terminos parvitat. in conservatione, ac in primâ productione.

VI. Quoad terminum magnitudinis, dico secundo: mihi non videntur statuendi viventibus termini magnitudinis mathematicæ, sed solum moraliter, ita ut ultra tantam magnitudinem, plus minus, non possint viventia extendi. Prima pars conclusionis ex eo constat, quod licet homines quando sunt in statu, sint ejusdem altitudinis toto illo tempore, non tamen ita mathematicè, ut uno tempore non sint aliquantulum saltem altiores, quàm alio: sic enim quando longa ægitudine consumuntur, & arcescunt omnes partes corporis, & consequenter aliquid carnis perditur in plantis pedum, & in vertice capitis; non est tam altus homo, mathematicè loquendo, atque antè: & quando multò plus materiæ acquisivit, ubi convaluit, est paulò altior, sicque non manet in eodem statu mathematicè loquendo, sed solum moraliter.

VII. Secunda etiam conclusionis pars, quod scilicet terminus saltem aliquis moralis statuendus sit viventibus, probatur: viventia enim debent nutrirî, ac protinde ejusmodi sint oportet, quæ sumere commodè alimentum, & illud per omnes partes trajicere possint: si autem os distaret centum leucis à stomacho, stomachus multis miliaribus à reliquis partibus corporis, non posset nutrirî corpus illud, imò antè moreretur animal, quàm alimentum in stomachum perveniret. Quare non posset Deus, juxta naturalem exigentiam talis viventis, illud producere, sed illius tantum magnitudinis, quod posset commodè nutrirî. Deinde cerebrum in tantâ distantia non posset commodè refrigerare cor, nec cor spiritus vitales ad caput, & reliqua membra transmittere.

Cor item, & cerebrum non possent suis muneribus fungi.

VIII. Dico tertio: corpora quæ naturalem habent connexionem cum viventibus, certum etiam habent terminum magnitudinis in primâ productione. Ratio est, quia vel succedunt viventibus, ut cadaver, vel

in viventibus producantur, ut lac, sanguis, &c. sic, quæ non possunt viventium magnitudinem, in quibus includuntur, excedere. Dixi quoad primam productionem, secus enim contingit in augmentatione, pluræ enim cadavera in unum cumulum conjuncta, inter se paulatim uniuntur. Quod clariùs constat in lacte, sanguine, & similibus, quæ separata à vivente non minùs quàm aqua, possunt in infinitum augeri.

Dico quartò: rebus aliis non videtur statutus terminus magnitudinis: nec enim est cur aqua, aer, ignis, & alia hujusmodi non possint ulterius & ulterius augeri in infinitum. Idem est de terrâ, saxis &c. Hæc est sententia Aristotelis 2. de Anima, text. 41. & communiter admittitur ab omnibus, nec ulla videtur ratio urgens in contrarium.

Dico quintò, aqua, aer, ignis, & alia hujusmodi inanimata homogenea non videntur, per se loquendo, habere terminum parvitat, sed posse in minore & minore parte produci & conservari in infinitum. Ratio est, quia non requirunt certam organizationem, & diversitatem dispositionum in variis suis partibus, ergo non est cur postulent certum terminum parvitat. Deinde, de facto, farina & arenæ videntur in quacunque minimâ parte conservari posse, cum quantumcunque imminuantur, adhuc persistant. Dixi, per se loquendo nam per accidens, ratione scilicet contrarij possunt petere minimum, cum in minori existere non possit ignis ex. gr. ratione aeris frigidi ambientis, & sic de cæteris. Hoc tamen est per accidens, nempe ratione contrarij: sicut etiam, ut suprà dixi, perunt per accidens terminum magnitudinis, ratione scilicet cæli ambientis, cujus limites ignis, & aliæ res sublunares excedere non possunt.

Dices: res istæ in tam parvâ, quantitate nil possunt agere, ergo nec esse, cum esse sit propter operari. Resp. esse producere & conservare suas passiones. Deinde possunt producere Unionem continuativam cum aliâ parte similis rei, si apponatur, ut aqua cum aliâ parte aquæ, ignis cum igne &c. Tertio, quid agere potest arenula, & alia hujusmodi?

Dices secundo contra secundam conclusionem, homo in maximo constitutus potest nutrirî: item si pungatur ab apiculâ, nonnihil intumescet, ergo poterit augeri, ergo non habet maximum. Resp. primo, eâ nutritione tantum perdit quantum acquirit, venisset, sicut faciunt homines in statu. Secundo dico, licet homines tamen tantum deperdet, & sic plus minus semper in eadem erit magnitudine, quod est habere terminum moraliter. Ad id de tumore, dico, intumescere non esse propriè augeri, cum per tumorem non acquirit plus materiæ, quàm antea, sed solum eadem ulterius extendatur.

DISPUTATIO VII.

De Generatione accidentali, seu de alteratione.

PERACTIS quæ ad generationem substantialem, & præcipuam pertinent, sequitur ut nonnulla de minùs principali generatione, seu de alteratione attemamus, quæ inter qualitates, & accidentia versatur, eorumque naturam, activitatem, op-

positionem, & peculiarem secundum diversos gradus correspondentiam explicat, quæque non patiores, nec minoris momenti difficultates continet, quàm præcedens, ut disputationis decursu constabit.

R. P. Th. Comptoni Philosophia.

SECTION

SECTIO PRIM A.

An, & quomodo competat qualitatibus
activitas.

Omnēs quatuor primas qualitates esse activas, & non calorem tantum & frigus, ut quidam volunt, indubitatum videtur, tum quia experientia docet eas omnes producere qualitates sibi similes, tum quia alioqui elementa symbola, seu quæ in una qualitate conveniunt, ut ignis, & aer, non possent in se mutuo agere, & unum in aliud convertere; si enim humiditas aeris non posset agere in siccitatem ignis, non posset ignem in se unquam convertere, cum calor non agat in calorem. Deinde, quodvis elementum habere debet sufficientia instrumenta ad producendum sibi simile, & consequenter ad inducendas suas dispositiones in materiam alterius; quod tamen non haberent nisi utraque elementorum qualitas esset activa; nec enim calor solus est sufficiens dispositio ad ignem, nec sola frigiditas ad aquam, sed frigus & humiditas ad hanc, calor & siccitas ad illam. Aliarum etiam rerum sunt productivæ primæ qualitates, nam saltem ut instrumenta concurrunt cum substantiis ad producendam substantiam, ut ostendi in Phisicis, d. 25. sect. 4. item secundum probabilem sententiam produciunt species tangibiles: de quo tamen in lib. de Anima.

Nec quidquam contra hoc facit, quod ait Aristoteles hic l. 2. tex. 8. nempe, Calor & frigiditas sunt qualitates activæ, humiditas verò & siccitas passivæ: primò enim intelligi possunt hæc verba respectivè, ideo scilicet humiditatem & siccitatem dici ab Aristotele qualitates passivas, calorem verò & frigus activas, quia nimirum tantum illæ ab his in activitate superantur, ut respectu horum non videantur omnino activæ. Sic nigredinem vocat Aristoteles privationem albedinis, quod scilicet tantum ab hac in perfectione superetur, ut respectu huius non videatur omnino esse color, sed sola privatio, & quasi merum nihil. Sic cap. de Qualitate, potentiam minus activam vocat Aristoteles impotentiam: unam enim speciem qualitatis dividit in potentiam & impotentiam. Vel secundo explicare potest Aristoteles quod locutus eo loco sit de productione mixtorum, ubi calor congregat partes humiditas & siccitas, frigus verò easdem coagulat, & inter se compingit, illæ autem partes habent se quasi passivè, nempe congregantur & constipantur ab his ad constitutionem alicujus mixti.

Inter has verò quatuor qualitates maxime activus est calor, secundo loco frigus, tertio humiditas, & ultimo siccitas. Quod exinde probatur, quia minus diu potest quis pati manum in igne, quam in aqua, quantumvis frigidâ. Item calor in majori distantia, & citius effectum suum operatur quam frigus, & frigus & humiditas, quam siccitas: ex operatione autem in majore distantia, & celeritate circa productionem effectus arguitur per se loquendo, major activitas causæ.

SECTIO II.

De resistantia qualitatium.

Resistentia duplex est, activa, quam alij positivam vocant, & formalis, quæ subinde negativa dicitur: illa est, quando passum reagit, aliquid vicissim producendo in agente, quo illius vires minuat. Sic cum ignis producit calorem in nive sibi applicatâ, nix vicissim aliquid frigoris producit in igne, & hoc

pa&o vim ejus activam, seu calorem diminuit, quantum enim frigoris inducit, tantum caloris expellit.

Resistentia formalis est, quando forma aliqua merè per suam entitatem informando subjectum resistit, licet nihil in agens contrarium agat, per quod illius actionem vel impedit, vel retardet. Sic calor in aqua existens impedit quo minus aqua se ad primam suam frigiditatem tam citò reducat, impediendo scilicet illius actionem per meram informationem materiæ aquæ, nihil in aqua producendo. Sic aqua per suam entitatem resistit soli; gravitas lapidis impulsui, nec tamen hæc in impellente, nec illa in sole quidquam producit. Idem videtur de habitu vitioso resistente actui virtutis, ne habitum virtutis in totâ intentione producat in instante.

Resistentia tamen formalis per retardationem non est inter quasque formas, etiam si habeant contrarium, sed solum inter eas quæ sunt divisibiles secundum diversas partes, & gradus intensionis. Una etiam forma substantialis non impedit nec retardat propriè agens quo minus inducat suam formam, sed eodem instante quo inducitur ultima dispositio, inducitur etiam forma. Si tamen simul in eodem instante produceretur divinitus materia ultimò disposita ad formam ignis informata tamen formâ aeris, & ignis illi vicinus, non posset ignis eo instante inducere suam formam, & expellere formam aeris, ac proinde tunc aer aliquo modo resisteret.

Quæres primò, quando resistat qualitas expulsa? Hac de re in Phisicis nonnulla diximus d. 22. sect. 2. n. 5. & sequentibus, dum de causâ formali. Afferunt aliqui resistere qualitatem eo tempore vel instante, quo expellitur. Contrà primò, resistere est impedire, vel retardare actionem agentis, sed quando expellitur forma non impedit actionem agentis, tunc enim agens producit suum effectum, ergo tunc datur illius actio, ergo non impeditur tunc ab agendo. Contra secundo, resistere est effectus secundarius formæ, ergo præsupponit primarium, seu formam informare subjectum, ergo supponit illius existentiam.

Resp. ergo, sicut loco illo citato fusiùs dictum est, resistere qualitatem expulsam instante priore quam expellatur, sicut corpus alteri resistens quoad locum; cum resistere frigus formaliter sit ob stare vel obistere quo minus calor inducatur, non autem obistit eo instante vel tempore, quo calor inducitur, tunc enim cedit. Congruentiùs tamen differrentur duo agentia, aqua scilicet & ignis, pugnare, quam duo gradus se invicem expellentes, cum pugnare innuere videatur utrumque existere.

Dices; non oppugnatur gradus expulsus tempore, vel instante antequam expellitur, cum non oppugnetur nisi à gradu contrariæ qualitatis sibi opposito, ergo tunc non resistit, quod enim resistit, alicui resistit, gradus autem illi oppositus eo primùm tempore existit, quo hic gradus expellitur, ergo à gradu illo priori illo tempore vel instante oppugnari non potest.

Resp. cum resistantia formalis nihil aliud sit, quam forma in subjecto impediens ingressum, seu productionem alterius, gradus qui in instante B expellitur, resistit instante antequam formaliter oppugnetur, seu ne oppugnetur, oppugnari enim formaliter idem est atque expugnari, seu expelli. Magis tamen propriè (ut in Phisicis loco citato adverti) dicitur qualitas resistere agenti, quam qualitati inducendæ; gradus enim expellendus in præsentia agentis contrarij, naturali tenacitate firmat quasi gradum, & obistit quo minus agens gradum illum producat, sicque vel omnino illud ab agendo impedit, vel retardat.

Hinc

II.
Explicitatur
raio resisten-
tia formalis.

III.
In quibus
reperitur
resistentia
formalis per
retardationem.

IV.
Quando
resistat quali-
tas expulsa.

Non resistit
eo tempore,
vel instante,
quo expellitur.

V.
Resistit quali-
tas instanti
eo anteceden-
te quo expul-
sionem.

VI.
Obij. hinc
sequi gradum
illum prius
resistere, quam
oppugnari.

VII.
Resistit gradus
expulsus
resistere for-
maliter instan-
te anteceden-
te quo expul-
sionem.

VIII.

Adæquatus
conceptus re-
sistentia a-
ctive.

Conceptus
adæquatus
resistentia
formalis.

Quis ordo
servetur in
expulsione
graduum.

IX.

Qualitates
eundem or-
dinem in
resistentia
active ser-
vant, quem
in activi-
ta-
te.

Non servant
eundem or-
dinem in re-
sistentia for-
mali.

X.

Omnes qua-
litates prima
qualitates
non resistent
æqualiter re-
sistentia for-
mali.

XI.

Qualitates
maximè ac-
tive mini-
mè resistent
et contrariæ.

XII.

Resistentia
cujusvis
qualitatis
minor est ac-
tivitate sui
contrarij.

XIII.

Actio oriri
debet à pro-
portione

Hinc inferitur quid dicat resistentia utraque in suo conceptu formali. Resistentia ergo activa pro formali in recto importat productionem, vel conservationem effectus in agente contrario applicato, per quem illius vires debilitantur, ita ut vel non omnino, quod raro contingit, vel tardius agat, sicque in obliquo connotat vires contrarij debilitatas, & tarditatem illius in operando. Resistentia verò formalis in recto dicit formam, per quam subiectum reditur formaliter incapax alterius formæ, de connotato verò importat quoddam gradus contrarij, vel non omnino, vel non tam cito introducantur. Primus verò gradus caloris expellit octavum frigoris, & e contra primus frigoris octavum caloris, secundus septimum, tertius sextum, & sic deinceps.

Quæres secundò, utrum eundem ordinem servent primæ qualitatis in resistentia quem in activitate, nempe, ut primum locum obtineat, seu fortissimè resistat calor, secundo frigus, tertio humiditas, & omnium minimè resistat siccitas? Resp. si sermo sit de resistentia activa, eundem omnino esse ordinem in resistentia atque in activitate; cum resistere hoc sensu nihil aliud sit quam agere in contrarium, & illius vires diminueret, producendo scilicet in illo suam qualitatem, ut ignis in nive calorem nix in igne frigus producit. Quoad resistentiam verò formalem non videtur idem ordo servandus, hoc namque foret contra bonum Universi; si enim calor maximè activus, esset similiter maximè resistivus, ita in mundo hoc sublimari prædominaretur, ut omnia patulim absorberet, & verteret in ignem.

Aliqui ergo volunt omnes quatuor primas qualitates esse æqualiter resistivas resistentia formali; cum hoc, inquit, nihil aliud sit quam forma in subiecto: cum itaque omnes quatuor æqualiter sint in subiecto, omnes habent æqualem resistentiam formalem. At certè licet omnes æqualiter informet subiectum, non tamen est cur aliqua non magis tenaciter subiecto inhæreant, quam alia, & consequenter difficilius expellantur: sic enim videmus inter formas substantiales, aliquas vel ratione sui, vel suorum accidentium tenacius adhærere suis subiectis, & difficilius expelli: ferrum enim, & cætera metalla, gemmæ etiam aliquæ, ut adamas, difficilius corrumpuntur, quam lignum, aer, ignis, & alia huiusmodi.

Probabilius itaque mihi videtur, non servare has qualitates eundem ordinem in resistentia formali, & in activitate, sed planè opposito se modo habere, ita ut qualitas, quo magis est activa, eo sit minus resistiva: sicque calor ex omnibus minimè, siccitas maximè est resistiva: Videmus enim morbos ex siccitate procedentes, ut insaniam ex siccitate cerebri, difficilimè curari. Contra primum tamen de calore obijci posset, quod si duo agentia, quorum alterum sit summè calidum, alterum summè frigidum, ut nix & ignis, sibi applicentur, longè plus videatur caloris eodem tempore produci in nive, quam frigoris in igne. Responderi tamen posset, ex eo id provenire, quod calor longè magis excedat frigus in activitate, quam hoc calorem in resistentia.

Illud certum, cujuscunque qualitatis resistentiam esse minorem activitate sui contrarij: nisi enim activitas unius esset major resistentia alterius, non posset una omnino agere in aliam, cum agere nihil possit, quod in actu primo non sit potens vincere aliud: nec enim in actu secundo unquam vincet, nisi in actu primo habet sufficientem virtutem ad illud vicendum, ergo activitas illius est major quam huius resistentia.

Hinc ortum videtur dictum illud Philosophorum, desumptum ex Aristotele, Actio oriri debet à proportionem majoris inæqualitatis, hoc est, majores debent esse

vires in agente ad operandum, quam in passio resistendum. Quod tamen non ita est intelligendum, ut agens habeat intensiorem formam, quam passum ad resistendum, videmus enim calidum ut tria agere in frigidum ut sex, vel octo. Sensus ergo est quem proximè posui, debere nimirum simpliciter vim activam causæ superare vim formalem resistivam gradus contrarij quod esse potest, licet gradualis intensio qualitatis sit minor in agente, quam in passio.

Ex gradibus etiam ipsis si sint heterogenei, qui est magis activus, est minus resistivus, ac proinde in calore octavus gradus, qui est maximè activus, omnium minimè resistit, sicque statim expellitur aliqua pars illius, primò etiam conflictu. Quæ autem dixerunt de activitate & resistentia qualitatum, intelligi debent, per se loquendo, & cæteris paribus; fieri enim potest ut frigus vel humiditas in materiâ aliqua densa magis agat, quam calor in rarâ: & ut siccitas in materiâ aliqua rarâ citius expellatur, quam calor in densa. Sic etiam magnum aliquod agens frigidum plus agat in parvum calorem, quam hic in illud, ob excessum scilicet in quantitate subiecti.

SECTIO III.

De excessu agentis supra resistentiam passivam.

IXimus sect. præcedente n. 12. & 13. ut agens operetur, necessarium esse ut excedat resistentiam passivam: hic ergo quærimus qualis esse debeat hic excessus. Qua in re universim dico, ad effectum determinatum producendum requiri determinatum excessum activitatis in causâ supra virtutem resistendi in passio.

Dices; guttæ aquæ emolliunt & excavant lapidem, & tamen non superant illius duritiam, cum illa lapidis pars, quam abradunt, seu abluunt, resistendi. Secundò dicunt aliqui, & probabiliter, non singulas guttas tollere aliquid illius lapidis, præsertim in initio, sed aliquas cum prius disponere, humectando scilicet lapidem, & inchoatè quasi emolliendo, deinde gutta aliqua adveniens, exiguum partem materiæ jam dispositæ auferit.

Ad argumentum respondetur primò, singulas guttas habere majorem vim agendi quam habeat parva illa lapidis pars, quam abradunt, seu abluunt, resistendi. Secundò dicunt aliqui, & probabiliter, non singulas guttas tollere aliquid illius lapidis, præsertim in initio, sed aliquas cum prius disponere, humectando scilicet lapidem, & inchoatè quasi emolliendo, deinde gutta aliqua adveniens, exiguum partem materiæ jam dispositæ auferit.

Ad primam confirmationem eodem modo respondetur, sicut enim vehementi affricu, ut ferræ, abraditur magna pars lapidis, vel ligni, ita levissimo quoque aliquid auferitur, licet insensibiliter: sicut & plantæ, ut dicitur, sensim crescunt sine sensu, ita ut dicere non possimus crescere, sed crevisse. Ad secundam confirmationem dico; minimam guttam aquæ habere majorem vim activam, quam habeat pars ignis, cui applicatur, resistivam formalem. Nec enim comparari gutta illa debet cum toto igne, sed cum illâ tantum parte, cui applicatur: Unde oritur ibi actio cum proportionem majoris inæqualitatis.

SECTIO IV.

Utrum detur quies in puncto reflexionis.

Difficultas est, cum lapis exempli gratiâ, aut aliud grave projicitur sursum, utrum quando per-
C c 4

controversie.

venerit ad summam altitudinem, quiescat aliquantisper, & motum interruptat, aut statim descendendo continuet motum sursum cum motu deorsum. Quae de re Aristoteles l. 8. Phy. c. 7. & octavo.

II. Quies dicitur duplex: negativa, & privativa.

Notandum primò, quietem (quæ, prout hic sumitur, nihil aliud est quam negatio motus) duplicem esse: negativam, quæ contingit in quovis instante, tunc enim verè res non movetur, & consequenter quiescit; & privativam, quæ etiam vocatur temporanea. Prior ideo vocatur negativa, quia non potest in instante esse motus: secunda vero privativa, quia privatio connotat aptitudinem ad aliquid, unde quando in parte aliqua temporis non est motus, cum tamen possit in eâ esse carentia illius, seu quies, erit privatio.

III.

Variis modis fit corporis sursum projecti reflexio.

Si rei sursum projecta moles tuens occurrat, non datur quies in puncto reflexionis.

Nota secundò, variis modis posse contingere reflexionem: primò, ita ut non fiat motus reflexus eadem lineâ, sed aliquantulum obliquè, seu per modum arcus, ut cernitur in projectis, quando non rectâ sursum, sed nonnihil obliquè jaciuntur: tunc autem videtur certum non requiri ullam interruptionem. Secundo contingere potest motus reflexus ex occasione corporis desuper cadentis, ut si projecto versus cælum parvo alicui lapidi, corpus ingentis molis ruens occurreret: tunc enim non foret ulla quies temporanea, cum non possit lapillus aliquis nec ad brevissimum tempus ingentem molem in aère pensilem detinere, nec illius motum impedire. Hoc autem quod dico in eo casu non fore quietem temporaneam, intelligitur, nisi aliqua partes unius vel alterius lapidis sibi invicem cedant. Tertiò contingit reflexio, dum corpus aliquod molle, ut pila projecta in parietem, resilit: & in hoc casu extremæ partes pilæ manent per aliquod tempus conjunctæ parieti, ut est clarum, nam cedunt partes aliqua pilæ, sicque pars, quæ antea erat rotunda, pro tempore fit plana, ergo anterior pars pilæ toto eo tempore tangit parietem, quo sequentes adhuc versus parietem accedunt.

IV.

Dum sursum projecta recidunt eadem lineâ, non datur quies in puncto reflexionis.

Præcipua ergo difficultas & quam supra n. i. posuimus, cum scilicet projecta sursum recidunt eadem lineâ: tunc ergo quærimus, num interruptatur motus brevi aliquo tempore, & detur parva aliqua quies in puncto reflexionis, seu ubi corpus projectum ad summam altitudinem pervenit. Mihi ergo probabilius videtur, in hoc casu non dari quietem privativam, quantumvis parvam in puncto reflexionis, idque sive motus ille esset in vacuo, sive in pleno, sed solum intercederet unum instans, seu quies negativa, sicque motus ille, quantum ad hoc, possent esse continui, continuitate strictè sumptâ.

V.

Ratio est, quia impulsus manere nequit in æqualitate in virtute operandi cum gravitate lapidis.

Ratio est, licet enim ad operationem, & motum requiratur excessus cum actio oriri debeat à proportionem majoris inæqualitatis, ut dictum est supra sect. 2. n. 13. non tamen requiritur excessus determinatus, nisi ad partem motus determinatam, ad partem autem proportionalem motus non requiritur nisi excessus proportionalis. Cum ergo in ultimo puncto ascensus pervenerit impulsus ad æqualitatem in virtute operandi cum gravitate lapidis, non possunt manere in æqualitate, nec ad brevissimum tempus, cum impetus perpetuo successivè decrescat. Verum est quidem, si gravitas eodem modo sensim decresceret, sicut impulsus, posset impetus diu in æqualitate cum illâ persistere, sicut duæ naves in flumine vel mari, quarum utraque eodem Vento, vel aquarum impetu movetur, possunt eadem lineâ diu sibi è diametro correspondere.

VI.

Quaudo duo plana se tangunt datur quies in puncto reflexionis.

Quæres, si corpus aliquod planum tangat aliud planum, utrum detur quies, dum planum illud ab altero resilit? Resp. si sermo sit de rebus prout modò sunt in hoc universo, nec planum posse simul secun-

dum omnes partes ad aliud planum accedere, nec ab flexione eo recedere: non primò, quia nequit aer intermedium simul, sed successivè dimoveri: non secundum, quia similiter nequit aer simul, sed successivè redire, sicque si partes plani simul recederent, daretur vacuum. Et hoc non intelligitur solum de perfectè planis, sed de quocumque quod non est perfectè sphericum, cum necessariò alterum planum tangat in parte divisibili.

Dixi, stantibus rebus prout modò sunt, non posse omnes plani alicujus partes simul ad aliud planum accedere, nec ab eo simul recedere. Si enim Deus duo, etiam perfectè plana crearet, & conservaret in vacuo, possent ad se invicem simul secundum omnes partes extimas accedere, & simul secundum easdè recedere: sicque in hoc casu non esset necessaria quies in puncto reflexionis, dum unum planum ab alio recedit.

Quæres secundò, dum lapis deorsum cadens, & impingens magnâ vi in alium in terrâ constitutum, in varias partes comminuitur, unde proveniat illa lapidis fractio? dicunt aliqui lapidem in quem cadit, aliquid in eo effectivè producere, per quod frangitur, sicque eodem modo afferunt efficienter hebetari partes comminui. Quæres tamen ratio assignari potest ex parte ipsius lapidis cadentis: cum enim impetus intensus, vel gravitas qua propellitur, petat ipsum ferre ulterius, & lapis alius obstitat, quominus totus simul feratur ulterius deorsum, impetus aut gravitas vi suâ contendit corpus illud quaquaversum potest, ferre; ac proinde partes hinc inde distrahit, ut motum quacumque potest viâ, continuet.

Circa mentem Aristotelis, notandum cum interpretibus communiter, licet Aristoteles videatur asserere, semper intercedere quietem, & hos motus interrupti aliquâ parte temporis, non tamen loqui eum ex propria sententiâ, ut notant interpretes, sed ex sententiâ antiquorum. Quod exinde colligunt nonnulli, quia rationes, quas hic affert, non videntur eam habere vim, quam rationes Aristotelis communiter habere solent: præcipua enim ratio cui insistit, est, quod motus sursum & deorsum sint contrarii, & specie diversi, & consequenter continuari non possint. Sed primò hi motus non sunt propriè contrarii, sed ad summum secundum quid, nec etiam specie diversi, quando oriuntur ab iisdem principiis. Deinde ea quæ specie solum incompletâ differunt, continuari possunt, ut constat in partibus, heterogeneis viventis, & gradibus intensiois.

Tandem, non est necessarium ut omnes motus qui in tempore extrinseco sine interruptione fiunt, sint continui, in sensu rigoroso continuationis: si enim canis è summitate turris alicujus dejectus in viâ moreretur, motus formarum non sisterent, vel minimo spatio temporis, nec interrupterentur, cum non sistat materia, nec motus ejus interruptatur, & tamen non sunt continui motus illarum formarum, propriè loquendo, cum specie completâ differant, sicut formæ ipsæ. Quod verò inter motus illarum formarum non interponatur tempus, videtur clarum; tunc enim vel moveretur forma cadaveris extra materiam, vel materia aliquo temporis spatio esset sine ullâ formâ, cum corpus canis numquam fiat, ut est manifestum.

SECTIO V.

De Antiperistasi.

Rebus omnibus à naturâ inditum est, ut se in statu suo esse conservent. Variis autem id modis præstant: vel fugienda contrarium, & hoc modo imminentem quasi sibi cladem vitando; vel se magis uniendo.

VII.

In vacuo inter duo etiam perfectè plana non daretur quies in puncto reflexionis.

VIII.

Vnde contingat lapidem, in alia magna vi cadentem, in partes comminui.

IX.

Mens Aristotelis, tunc quies in puncto reflexionis.

Motus sursum, & deorsum non sunt contrarii, nec specie diversi.

X.

Motus, qui sine interruptione fiunt, non sunt propriè continui, sed aliquando solum continui.

I.

Quodam natura inditum est, ut se in statu suo conservent, omnes in sui conservationem propriam tendunt.

niendo, ut aqua in terram conspersam pulvere con-
jecta, quæ se unit illi, & in globulos colligit; vel
tandem se roborando, & quasi ad certamen accin-
gendo, & armis veluti quibusdam adversus con-
trarium muniendo. Dum ergo res quædam contrariis
in eâ modo se roborant, agere dicuntur per
antiperistasi. Hæc itaque actio quid sit, & quo
pacto contingat res quasdam ætate, in invalescente
jam calore, frigescere, alias verò summâ hyeme, fri-
gore omnia occupante, incallescere, hic discutien-
dum suscipimus.

II.

Alqui ne-
gant Anti-
peristasi.

Affirmant nonnulli non dari hujusmodi antipe-
ristasi, nec res in contrarij præsentia roborari, aut
aquam putealem hyeme calidiorem, ætate frigi-
diorem reipsâ esse, sed solum respectivè, seu nobis
ita apparere, quippe qui cum manus hyeme habea-
mus frigidæ, res etiam frigidæ hyeme putamus es-
se calidæ, & e contrâ res calidæ ætate existimamus
esse frigidæ.

III.

Ostenditur
concedendâ
necessariò esse
Antiperi-
stasi.

Sed hoc est apertè falsum, quantumvis enim hye-
me manus habeamus frigidæ, discernimus tamen
inter aquam frigidam, ac tepidam. Deinde, manus
nec semper hyberno tempore habemus frigidæ,
nec æstivo semper calidæ, & tamen idem semper
sentimus temperamentum in aquâ. Tertio, puteos
hyeme fumare cernimus, & exhalationes ex se cali-
dæ emittere, quod est evidens signum caloris.

IV.

Dicunt ali-
qui proveni-
re hæc à spe-
ciem in-
tentiona-
lium reper-
gione.

Dicunt ergo aliqui, majorem hanc intensiorem
provenire ex specierum quarundam intentionalium
repercussione, ab aquâ enim, inquit, species
quædam tactiles emittuntur, quæ ab aëre calido cir-
cumstante reverberantur, sicut species à speculo, re-
gressæque ad aquam illius frigiditatem intendunt.
Sed contrâ, primò enim incertum est utrum dentur
hujusmodi species tactiles, de quo in libris de Ani-
ma. Deinde, etiam si frigus calori adversetur, species
tamen frigoris nec adversantur calori, nec species
caloris frigori. Tertio, unicum munus specierum est
causare actum, cujus sunt species, ergo &c.

V.

Dicunt ali-
quid calorem hye-
me aque
provenire à
corpore fri-
gido circum-
stante.

Secundò dicunt alij, majorem illam intensiorem
frigoris in aquâ ætate provenire à contrario calido
circumstante. Et similiter philosophantur de aquâ
hyeme incallescere. Sed contrâ, nec enim calor vir-
tutem in se continet producendi frigus, nec frigus
producendi calorem. *Contrarium enim contrarij
sunt causa, ut docet Aristoteles hic l. 2. cap. 10. tex.
56. Deinde contraria destrunt se invicem, non con-
servant, multò minus intendunt.*

VI.

Actio per
Antiperista-
sim si occa-
sionaliter à
contrario
circumstan-
te, non for-
maliter.

Dicendum itaque: licet corroboratio illa, seu
actio per antiperistasi occasionaliter fiat à contra-
rio, reipsâ tamen ab illo physicè non procedere, nec
etiam à qualitate ipsâ, quæ illa seipsam intenderet;
sed vel provenit à formâ substantiali, quando qua-
litas quæ intenditur, est illi naturalis, vel ab agente
aliquo extrinseco illic incluso, si qualitas sit ei con-
traria. Ita Suarez d. 18. Met. l. 9. n. 18. Rub. l. 1. de Gen.
tr. de re act. c. 9. q. 8. nu. 121. Conimbr. l. 1. de Gen. c. 9.
q. 1. a. 3. & alij.

VII.

Vnde aque
puteales hye-
me sunt
tepidæ.

Ad particulares ergo casus descendendo, ratio
cur aquæ puteales hyeme reddantur tepidæ, est,
quod vapores quidam, & exhalationes calidæ, quæ
ætate à solis radijs produuntur, hyeme fugientes
contrarium, frigus scilicet, quod tunc dominatur, &
aërem totum, & exteriores terræ partes occupat,
rebus omnibus subterraneis in terræ visceribus la-
tentibus se intermiscant, & insinuent, sicque &
terram ipsam, & aquam in eâ inclusam calefaciunt.
Æstivo etiam tempore eodem modo aquæ subter-
raneæ sunt frigidiores, tum quia per calorem solis
laxatis jam terræ rimis ac poris, exhalationes calidæ
inde erumpunt, tum quia vapores frigidi fugientes
similiter contrarium, in earum locum succedunt, &

aquas magis infrigidant.

Huic non ablimilis est alia experientia: aqua
enim frigida, si in vase testaceo obturato orificio
tantisper exponatur soli orienti, multò redditur
frigidior. Cujus ratio est, quia vapores frigidi no-
cturno tempore in aëre existentes, ardorem solis
vitantes, se per poros vasculi insinuant, & aquæ illi
admiscentur.

Dices, quando exhalatio ignita includitur in nu-
be, ejus calor multò fit vehementior, ergo in illo ca-
su calor intendit seipsum. Nego conquequentiam,
sed si exhalatio illa non habebat octo gradus calo-
ris, eos recipit per antiperistasi à formâ ignis. Si
verò octo gradus in eâ erant completi, non omni-
nò amplius intenditur calor, sed ignis ille in nube
frigidâ inclusus, quaquaversum potest, fugit contra-
rium, sicque partes ejus paulatim magis inter se con-
spiciantur & condensantur, & hoc modo fortior red-
ditur ad resistendum, sicque tandem perumpit nu-
bem, quâ parte eam invenit minùs firmam, & hac
ratione fit tonitru.

Quæres, si tunc calor naturalis stomachi major æ-
state, an hyeme. Resp. esse majorem hyeme, ita Hip-
pocrates Aphor. 15. & Galen. in comment. ejusdem
aphorismi, & medici propè omnes, qui experientia
quotidianâ compertum esse ajunt stomachum ani-
malis multò melius cibum concoquere hyeme,
quam ætate.

Ratio est, quia externo frigore partes corporis
hyberno tempore constringuntur, & constipantur,
sicque oculis poris, coëscunt spiritus vitales, &
in minus spatium coguntur, sicque ad interiores se
partes recipiunt, easque eò magis calefaciunt, quo
exterioribus eo tempore magis frigent. Quæ etiam est
causa cur natantes, ut constat experientia, ita cibos
digerunt, ut statim famem patiantur. At verò ætate
laxatis calore externo poris, spiritus vitales per to-
tum se corpus diffundunt, & stomachum ad suo mu-
nere fungendum, cibos scilicet digerendos minùs
aptum relinquunt.

Dices cum P. Arriaga hic d. 3. l. 9. n. 168. qui est in
oppositâ sententiâ; cibi omnes calidiores apponun-
tur hyeme, ergo signum est, minùs tunc esse caloris
in stomacho: quæ enim, inquit, amentia eo tempore
nutrimenta calidiora sumere, quo stomachus est
magis calidus, & ignem igni adicere? Sed contrâ,
fatetur ipse num. 170. melius concoqui cibos hye-
me, quam ætate, imò plerumque homines se melius
hyeme cibos digerere experiuntur, quam ullo anni
tempore, & in frigidioribus regionibus multò me-
lius digerunt homines cibos, quam in alijs, & majori
egent nutrimento, ut quotidianâ constat experien-
tia. Quod etiam probat id quod paulò antè attuli-
mus de natantibus.

Quare, si recta unquam sit stomachi constitutio,
& iusta ad cibos digerendos temperies, est hyeme.
Ad quid ergo cibi tunc calidiores apponuntur, qui
justam stomachi temperiem destruent, & nocumen-
ti plus afferent quam commodi? Quæ enim amen-
tia, ut P. Arriagæ verbis utar, id ad stomachum ju-
vandam sumere, quod ipsi potius erit nocumento,
& rectam digestionem impedit? Perinde certè hoc
videtur, ac si quis homini valetudine commodâ
utenti ad eam conservandam medicamentum præ-
beret, quod rectè jam attemperatos humores distur-
baret, hominemque in morbum conjiceret. Mo-
deratis ergo tunc cibis utendum esset, non cali-
dis.

Resp. itaque, non eo fine alimenta calidiora hye-
me apponi, ut ad cibos digerendos juvent, sed ut, cū
frigore omnia rigeant, adventitio hoc calore mu-
niatur homo ad frigus illud melius perferendum:

hic

VIII.

Cur aquæ
per breve
tempus ex-
positæ soli
reddantur
frigidiores.

IX.

Tonitru fit
per Anti-
peristasi.

X.

Calor natu-
ralis stom-
achi major
est hyeme,
quam ætate.

XI.

Hoc occasio-
naliter pro-
venit ab ex-
terno frigore.

Eam etiam
ob causam
natantes
statim cibos
digerunt.

XII.

In frigidio-
ribus regio-
nibus homi-
nes citius di-
gerunt cibos,
& majori
egent nutri-
mento.

XIII.

Obiecta da-
cibus cali-
dioribus
hyeme appo-
ni solent, ab
omnibus
solvi debet.

XIV.

Cur cibis
calidioribus
homines
hyeme utan-
tur.

Cur ex as-
treclatâ ni-
ve manus
reddita fri-
gidissima,
postea magis
incaliscant.

438

huc eadem de causâ vestibus tum calidioribus, & ad frigus arcendum aprioribus omnes utuntur. Non minus autem contra frigus munit cibum quam vestis. Aestate verò ideo frigidioribus plerumque vescimur, quia cum calor externus vehemens omnia occupet, si alimenta calida sumerentur, uterque hic calor adventitius conjunctus ita corpus inflammaret, ut morbum homini crearet. Unde, licet ad digestionem juvandam calidiores tunc cibi ex se conducerent, abstinere tamen his præstat, cum periculum aliunde sit, ne calidissimo illo tempore grave adferant nocumen-um.

Quæres secundò, cur postquam quis nivem at-
treclavit, licet ad tempus intensè frigeant manus,
postea tamen longè magis incaliscant? Respondeo, cau-
sam esse, quòd dum primum quis nivem at-
treclat, sanguis calidior spiritus scilicet vitales, à manibus
recedant & se ad interiora recipiant. Postea tamen
calidiores jam, ac vegetiores redeunt, sicque partes
à nive frige factas magis cal faciunt.

SECTIO VI.

De sphaera activitatis.

I.
Proponitur
status qua-
sitio.

Operari sequitur esse: unde quo perfectior est
eiusque rei entitas, eo perfectior est operatio.
Et hoc verum est non solum quoad substantiam
operationis, ita ut causa perfectior perfectius agat,
& producat nobiliorem effectum, sed etiam quoad
modum, ut scilicet in maiore eum distantia produ-
cat, sicque perfectius operetur, non intensivè tan-
tum, sed extensivè. In præsentia ergo quaerimus, si in
rebus creatis sphaera aliqua activitatis, seu certi à
naturâ præscripti fines in operando, ita ut in ma-
iori distantia effectus producere non possint.

II.
Datur in
rebus cre-
atis sphaera
activitatis,
sed non om-
nibus ead-
em.

Conclusio: datur in rebus creatis certa sphaera
activitatis, ultra quam operari non possunt: non
tamen omnibus eadem, sed latior; vel contractior
pro causarum diversitate. Sic lucerna, quo maiorem
in se lucem continet, eo latius eam diffundit, non
tamen in infinitum, sed alicubi ejus activitas termi-
natur. Sic colores, quo activiores sunt, eo remotio-
res species producunt, & in maiore distantia cer-
nuntur. Inter quos proinde albedo maximam ha-
bet sphaeram activitatis, nigredo minimam.

III.

Quæres, utrum agens per suam sphaeram agat
immediatione virtutis, an suppositi, hoc est utrum
calor in igne producat calorem in aëre proximo
tantum, & ille calor aliam, & sic ad ultimum sphae-
ram, vel utrum etiam calor in igne agat immediatè,
& per se calorem producendo per totam sphaeram?
Resp. per se loquendo agere per totam sphaeram
immediatè, & immediatione virtutis, & suppositi.
Unde calor in igne solus producit calorem sibi
proximum, deinde non solus, sed simul cum illo pro-
ducit sequentem, & sic per totam sphaeram. Dixi per
se loquendo, subinde enim contingit non posse pri-
mum agens ad effectum aliquem concurrere, ut
cum lux à radijs solaribus in cubiculo producta,
aliam lucem producit obliquè, in parte cubiculi, ad
quam radij solares non pertingunt. In hoc ergo casu
non lux in sole, sed sola lux à luce solis producta,
lucem illam efficit.

IV.
Nequit ac-
cidents assi-
milare sibi
passum in
passo pro-
ximo.

Quæres secundò, utrum agens accidentale possit
perfectè assimilare passum sibi proximum? Resp.
non posse. Ratio est, quia licet ponatur passum esse
proximum, adhuc non tam perfectè applicatur, sicut
applicaretur id quod esset intimè penetratum. Un-
de, si agens, & passum essent in eodem planè loco,
existimo posse qualitatem aliquam, lucem exempli

gratiâ, aut calorem tot gradus in passo illo produ-
cere, quot habet in se.

Probatur, experientia enim quotidiana ostendit
pro maiore subjecti distantia effectum decreescere, Ratio, cur
res naturales agere uniformiter difformiter: unde
agens quod in se habet sex gradus lucis, ex. g. in par-
te passi sibi proxima producit lucem sibi fermè æ-
qualem, paulò remotius lucem minus intensam, &
sic deinceps, ita ut in ultima parte sphaeræ exigua ad
modum lux producat. Hujus autem ratio assigna-
ri alia non potest, nisi quòd major propinquitas
conducat, distantia verò obstat intensiori effectus. Si-
cut ergo, ubi magna est distantia, magna est inæqua-
litas lucis in agente & passo, ubi parva distantia,
parva inæqualitas, ita verisimile est, ubi nulla esset
distantia, sed indistantia, inæqualitatem futuram
nullam, sicque agens in gradibus intensioris assimi-
laturum sibi passum intimè se cum penetrat. Sicut,
quia ubi sunt plures gradus qualitatis contrariæ in
passo, videmus agens lentius inducere suam qualita-
tem, ubi pauciores, citius, inferunt omnes, si nullus
in passo esset gradus qualitatis contrariæ, ut si Deus
applicaret igni produceret materiam, sine ullo
omnino frigore, inferunt, inquam, ignem in eo ca-
lorem intensissimum producat in instante.

Conf. si secundus palmus aëris penetraretur cum
primo, & esset æquè propinquus agenti, tam inten-
sam in eo lucem produceret luminosum, atque in
primo palmo: ergo unica ratio cur de facto paucio-
res gradus lucis in eo producat, est distantia.

Dices, forma substantialis assimilatur sibi passum in
formâ substantiali, ut ignis producit formam ignis
in subjecto sibi proximo, ergo idem præstare pote-
runt formæ accidentales, ut calor ut sex producere
calorem ut sex in passo sibi proximo. Resp. negando
consequentiam, tum quia substantia juyatur ab ac-
cidentibus ad producendam formam substantiâ,
ut ostendi in Physicis, d. 25. l. 4. & 5. tum quia formæ
substantiales non sunt capaces intensioris, sed sunt
intensivè indivisibiles. Unde substantia univocè o-
perans, vel effectum sibi planè similem producere
debet, vel nihil.

Tertiò, si qualitates, maxime non habentes con-
trarium, possent in passo vicino producere effectum
sibi æqualem, parva candela illuminaret totum
mundum; si enim lux ut quatuor in candela pro-
duceret lucem ut quatuor in parte aëris sibi proxi-
mâ, lux hæc in aëre producta aliam similem in aëre
sibi proximo produceret, & illa aliam lucem ut qua-
tuor, & sic in infinitum. At in substantiâ nil tale
sequitur, cum forma substantialis, ut producat,
magno eget apparatu accidentium ac dispositio-
num, quæ tam citò non ponuntur.

Tandem quia, ut bene advertit P. Arriaga hic d.
3. l. 4. n. 199. Si agens substantiale non posset sibi assi-
milare passum, sed effectum produceret sibi semper
in substantiâ inæqualem, brevi finirentur genera-
tiones substantiales, cum non sit unde hic defectus
suppleri possit, & substantia ad suam perfectionem
reduci. Defectus autem accidentium suppletur per
substantiam: licet enim octo gradus caloris in igne,
non possint in ligno sibi proximo producere nisi se-
ptem gradus caloris, his tamen productis introduci-
tur forma ignis, quæ per emanationem octavum
statim caloris gradum in suo subjecto efficit: sicque
quod facere nequit accidens, supplet substantia.

Disputant hic aliqui, utrum agens necessario di-
stinguatur à passo? vel, an idem agere possit in
seipsum? Hac de re satis dictum est in Physicis, &
quædam adjiciuntur postea disp. 10. sect. 4.

DISPU.

DISPUTATIO VIII.

De Actione & reactione.

Diximus, qualitatibus activis inesse vim activam resistendi, per quam scilicet in agens illud, quod in eorum subiecto aliquid producit, reagant, & dum ex actione contrarij perdunt aliquid de suo, aliquid illius vicissim destruant. Hic ergo quo istud pacto contingat, inquirimus. Et licet hoc in dies, imò momenta penè singula contingere, vel ipsis sensibus sit compertum, nihil tamen inter res naturales explicatur est difficilius, si quis rem penitus inspicere velit, & ad Philosophicos calculos exigere.

SECTIO PRIMA.

An, & quomodo fiat actio & reactio.

I. **O**mne agens agendo repatiatur. Sic si ferrum candens immittitur in aquam frigidam & hæc calefit, & illud refrigeratur, sicque ferrum producit calorem in aqua, & aqua vicissim in eo frigus, sibi que vires invicem diminuunt. Idem contingit in alimento respectu aliti, & aliis plurimis. Licet autem hoc universum affirmetur, & Aristoteles nihil nisi primum motorem excipiat, quem solum ait nihil à patientibus repati, cum tamen omnia ab eo pati certum sit, ut tamen dictum illud omni ex parte sit verum, aliquæ adhibendæ sunt limitationes.

II. Primum ergo, utrumque agens debet esse intra sphaeram activitatis: si enim agens intensum sit in magna distantia à frigido remisso, nihil ab hoc repatietur, ut est manifestum. Secundò, esse debent ejusdem ordinis: & ob defectum utriusque hujus conditionis, terra & res sublunares non reagent in cælum, & solem, nec orbis cælestes in Intelligentias eorum motrices, quia alterius ordinis. Tertio, agere debent paritates corruptivas, quæque habent contrarium: unde licet colores producant species intentionales in potentia vivâ, nil tamen ab eis repatiuntur; hæ enim sunt qualitates perfectivæ ex naturâ suâ, non corruptivæ, nec habent contrarium.

III. Servatis ergo hisce conditionibus, agens naturale in suum contrarium agendo, semper ab eodem repatiatur, idque non solum secundum diversam contrarietatem (ut si ignis producat calorem in aqua, repatiatur ab eâ humiditatem) sed secundum eandem; ita scilicet, ut agens quod producit in passio calorem, recipiat eodem tempore ab eo frigus. Ita communis Philosophorum sententia, auctores proinde pro hac conclusione recensere, supervacaneum est: nam, ut aiunt Conimb. hic, ca. 9. q. 3. ar. 2. qui recipiam agentis & patientis actionem negant, & sensibus, & rationi, & Peripatetica disciplina refragantur. Quandoque verò est actio & reactio, est etiam passio & repassio: sicut enim reagere est agere in id quod in ipsum agit, ita repati est pati ab eo quod ab ipso patitur.

IV. Probatur ergo conclusio à priori. Quando duo agentia contraria debite applicantur, quorum utrumque est capax effectus, seu formæ producendæ ab altero, utrumque agere potest, & consequenter formam suam producat in alio, sed quando agens calidum & frigidum intra sphaeram activitatis utriusque applicantur, hoc contingit, ergo. Major videtur certa, cum enim sint agentia naturalia seu necessaria,

quandocunque possunt agere, agunt, at quoties agens habet vim activam, seu productivam alicujus qualitatæ, & subiectum est illius receptivum, potest agere, ergo agat. Minor verò probatur, quando ferrum candens immittitur in aquam frigidam, & ferrum est aptum ad producendum in eâ aliquem gradum caloris, & aqua est apta ad eum recipiendum: similiter aqua apta est ad producendum gradum aliquem frigiditatis, & ferrum aptum ad recipiendum, ergo utrobique est aptitudo ad agendum & recipiendum, ergo utrumque agens operabitur, & effectus hos in se mutuo produceret.

Conf. ut agens agat, sufficit quod superet resistantiam formalem passi, ut diximus d. præcedente s. 2. & 3. tunc enim procedit actio à proportionem majoris in æqualitatis: sed hoc fit in præsentia, ergo. Minor probatur, quando agens applicatur, non una tantum illius pars, seu gradus operatur, sed omnes, saltem qui sunt perfectiores effectui producto, nulla autem pars vel gradus formaliter resistit præter illum qui opponitur parti vel gradui inducendo, cum nulla alia pars vel gradus habeat oppositionem formalem cum hac parte, vel gradu, ergo utrumque agens gradum aliquem inducet, & contrarium expellet. Deinde, ut supra vidimus d. præcedente, s. 2. quævis pars, vel gradus in activitate superat resistantiam formalem partis, & gradus sibi oppositi, ergo à fortiori omnes partes & gradus alicujus agentis in activitate illius resistantiam superabunt.

Secundò probatur variis experimentis: manius enim confertæ, quarum altera sit calida, altera frigida, agunt in se invicem, & producant in se mutuo calorem, & frigus. Nix manu petradata liquefit, & simul manum refrigerat. Præterea chalybs vel ferrum frigidum fronti applicatum frigus in eadem producit, & ab eâ vicissim calorem recipit. Lignum sectum cultro, illum hebetat, idque activè secundum Aristotelem, & alia hujusmodi, quorum pleraque nisi in actionem & reactionem commodè refundi non possunt.

Hic tamen negotium facessit Philosophis quidam Richardus Suiseth tract. 7. de reactione, qui inde calculator est appellatus, quod nimirum quasi computum graduum qualitarum ineat, & minutim eos in partes dividat, ac inter se sigillatim comparat. Argumenta illius solventur sect. sequente.

SECTIO II.

Argumenta calculatoris contra reactionem.

Obicit primò: ut agens agat debet superare resistantiam alterius, sed implicat duo agentia applicata mutuo se superare, superare enim est excedere, sed non minus videtur impossibile ut aliqua duo invicem se excedant in virtute, quam in longitudine, vel latitudine, & in quantitate virtutis, quam in quantitate molis, ergo &c. Resp. distinguendo majorem, debet superare resistantiam formalem alterius, concedo majorem; debet superare resistantiam effectivam, nego: tota autem qualitas non resistit formaliter contrariæ, ut diximus, sed illa solum pars, seu gradus, qui parti, & gradui inducto est contrarius. Quæ latè declarata sunt d. præcedente s. 2. & 3.

V. Multa partes agunt, nam tantum resistit fortius.

VI. Actio, & Reactio probatur variis experimentis.

VII. Calculator negotiorum hac via se facit Philosophus.

I. Ut aliquid agat, non est necessarium ut superet resistantiam activam passi, sed formalem.

trariam viam, ita tamen ut simpliciter feratur à navi, hic non movetur motibus contrariis, sed tardius fertur versus occidentem à navi, quàm ferretur si ipse non conaretur in contrarium. Sic in præfenti non movetur medium motibus physicis contrariis,

tardius tamen movetur, quàm moveretur si contrarium non adesset: licet enim in his circumstantiis non exigit agens debilius ut ipsum agat, exigit tamen ut alterum lentius agat, quàm ageret, si hoc non adesset.

DISPUTATIO IX.

De intensione & remissione qualitatum.

SECTIO PRIMA.

Utrum intensio qualitatis fiat per additionem gradus ad gradum.

I. **D**UO in quavis qualitate materiali reperitur: *extensio* quâ diffunditur per varias partes subiecti, quæ ipsi communis est cum quantitate, substantiâ, & aliis rebus: & *intensio*, quâ scilicet in eadem parte subiecti augetur. Imò indivisibilia ipsa extensionis in qualitate sunt æquæ capacia intensiois, ac partes, & in se recipiunt diversas partes, & gradus intensiois. E contra verò indivisibilia intensiois qualitatum habent etiam extensionem, & suas partes, & puncta quibus diffunduntur per totum subiectum, sicut partes seu gradus quos uniunt. Dari verò huiusmodi intensioem, & remissionem qualitatis in eadem parte subiecti, est manifestum: quis enim non videt in eadem parte aeris esse maiorem lucem meridie, quàm vel mane, vel vespere. Deinde, aqua applicata igni, paulatim magis ac magis incalcescit, & sexcenta huiusmodi. Hic ergo, quo hoc modo contingat, inquiremus.

II. Dicunt aliqui intensioem qualitatis fieri non per additionem, aut productionem alicujus entitatis novæ in subiecto, sed merè per expulsionem contrarij. Contra primò, in luce fit intensio, ubi tamen nullum expellitur contrarium, cum nullum sit. Contra secundò, gratia in dies augetur in iustis per bona opera, quæ exercent, & tamen in primâ infusione remotum est totum contrarium, nempe peccatum mortale. Quod idem est in actibus erroris, vel odij, qui toti simul expelluntur per scientiam & amorem, scientia tamen & amor postea intenduntur; ergo augmentum, seu intensio non consistit formaliter in remotione contrarij.

III. Secundò, Durandus in 1. dist. 17. q. 7. n. 23. ait intensioem fieri quidem per productionem novæ qualitatis, non tamen ita, ut nova pars vel gradus superaddatur gradui, aut parti præexistenti, sed ut producat novam qualitatem integram perfectiorem; prior verò, inquit, quæ erat remissior, ad posterioris productionem semper destruitur. Sed contra primò, si intensio fiat per productionem novæ qualitatis integre perfectioris, ergo remissio fieri etiam debet per amissionem huius, & productionem remissioris, sed hoc fieri non potest, ergo. Minor probatur, quando aqua calida in loco frigido sita de integro se ad pristinam frigiditatem reducit, non id facit producendo calorem remissorem, aqua enim non habet virtutem producendi calorem, ut constat, ergo non fit hoc producendo minorem calorem, sed solum producendo novum gradum frigoris, & per illud destruendo, & expellendo partem, seu gradum aliquem caloris præexistentis.

IV. Dices, calorem illum remissorem produci tunc à Deo. Contra primò, Deus non producit quidquam ut auctor naturæ, nisi ad exigentiam causarum secundarum, cum ergo hic nulla sit causa secunda ex-

gens productionem caloris, etiam remissi, Deus enim ut agens naturale producere non potest. Contra secundò, & sit

Secunda impugnatio huius sententiæ. Quando quis habens intensum habitum vitiosum, elicit actum virtutis illi oppositum, remittitur habitus ille vitiosus, sed hoc fieri nequit per productionem novi habitus vitiosi remissioris, à quo enim habitus ille produceretur? non ab actu virtutis oppositæ, quem jam elicit, cum actus virtutis non possit producere habitum etiam remissum vitij, præsertim oppositi: nec à Deo, parum enim dignitati & bonitati Dei consonum videtur asserere Deum esse causam unicam & principalem habitus vitiosi, ergo fieri nequit remissio in hoc casu per productionem qualitatis remissioris, sed per expulsionem & diminutionem præcedentis, destruendo scilicet aliquem illius gradum.

Contra eandem sententiam est tertio: quando voluntas cum facilitate elicit actum aliquem naturalem existit necessariò habitus eodem instante quo elicitur actus, cum ab illo habitu recipiat facilitatem, sed eodem instante quo elicitur ille actus, intenditur habitus naturalis illius, ergo eodem instante existunt simul in eodem subiecto gradus remissior & intensior illius habitus, ergo in intensioe non destruitur gradus remissior. Quod clariùs constare videtur in habitibus supernaturalibus, qui sunt causa physica actuum supernaturalium, & actus sunt causæ morales meritorie intensiois, seu augmenti eorundem habituum.

Obijcit Durandus, non posse priorem gradum manere, adveniente alio, quia est ejusdem rationis cum illo: non possunt autem duo accidentia ejusdem speciei esse simul in eodem subiecto, alterum quippe foret superfluum. Resp. primò, si gradus sint heterogenei, non esse eos ejusdem omnino rationis, & sic cessat objectio. Secundò, possunt duo accidentia esse simul in eodem subiecto, quando deserviunt diversis muneribus, ut hic contingeret.

SECTIO II.

An intensio fiat per maiorem radicationem in subiecto.

Tertia sententia, eaque in Scholis celeberrima, asserit intensioem fieri per maiorem radicationem qualitatis in subiecto, ita ut novas quasi radices in eo agat: ita Henric. quodl. 5. q. 5. Ægid. 1. 1. de Gen. q. 19. Soncin. 8. Met. q. 21. Cajet. 1. 2. q. 52. a. 1. & 2. 2. q. 24. a. 4. & 5. Capreol. in 1. d. 17. q. 2. a. 1. Ban. 2. 2. q. 24. a. 5. Medina 1. 2. q. 52. a. 1. & 2. Sotus in Prædic. c. de qual. & 4. Phyl. Tex. 84. Jo. à S. Thoma de Gen. q. 4. a. 2. quam etiam sententiam tenere videtur Valentia 1. 2. d. 4. q. 4. Punc. 2. Citatur pro eadem sententia S. Tho. in 1. d. 17. q. 2. a. 2. & q. 1. de verit. a. 11. & 1. 2. q. 52. a. 2. & 2. 2. q. 24. a. 5. & alibi: de cujus tamen meritis plura postea.

V. Remissio habitus vitiosi non fit per novi habitus vitiosi productionem.

VI. Habitus manet necessario quando elicit actum, sed cum alia parte similis habitus.

VII. Duo accidentia ejusdem speciei possunt esse simul in eodem subiecto.

I. Opinio asserens intensioem fieri per maiorem radicationem in subiecto.

II. Tribus modis defenditur sententia de majori radicatione.

Tripliciter explicari à suis auctoribus solet hæc sententia: aliqui enim aiunt, nihil qualitatis de novo produci, sed eandem magis radicari per novam, & perfectiorem existentiam, quam acquirit, amissa existentia imperfectiore. Secundò, alij dicunt, qualitatem esse eandem semper, sed acquirere perfectiorem unionem cum subjecto. Alij tertio volunt, in intensione qualitatis produci semper novum gradum, sed non distinctum à priore qualitate.

III. Implicat novum gradum produci, & non distinguatur à precedenti.

Sed ut incipiamus ab hoc ultimo, videtur in ipsis terminis involvi contradictio, dum dicitur produci nova pars, & tamen non distincta à precedente; si enim jam producit & antea non producebatur, ergo distinguatur ab alia prius producta necesse est, cum hoc juxta Philosophos unum sit ex signis distinctionis realis. Deinde, idem manens idem semper est aptum facere idem, sed qualitas intensa & remissa non faciunt idem, ut est manifestum, cum intensa longè sit activior, quam remissa, & effectus diversissimos operetur, ergo.

IV. Sensibus constare videtur diversam esse qualitatem intensam, & remissam.

Præterea vel ipsis sensibus constat diversam esse qualitatem intensam & remissam: videmus enim longè aliam esse lucem in aëre meridie quam vel mane, vel vespere, & in aqua paulatim produci majorem calorem, ergo non est eadem omnino qualitas intensa, & remissa. Item gratia verè, & realiter augetur per merita: Deus enim dat homini novum, & reale præmium ob merita, ergo datur tunc illi aliquid reale, quod antea non habebat. Præterea, nullus meretur primam gratiam, cum principium meriti non cadat sub merito; meretur tamen augmentum gratiæ, ergo hæc duo distinguuntur.

V. Gradus intensionis non sunt modi respectu sui invicem.

Nec solum distinguuntur ab invicem hi gradus, ut modi à rebus, sed ut res à re: cum separati, saltem divinitus, & separati conservari possint. Quod verò naturaliter non possit secundus conservari sine primo, nec tertius sine secundo, & sic deinceps, non arguit eos esse invicem modos, cum similiter forma materialis conservari naturaliter nequeat sine materia, aut quantitate, & tamen nullus dicit eam esse modum materiæ, vel quantitatis.

VI. Non potest intensio consistere in sola productione novæ unionis.

Nihilo etiam verior est secundus modus hanc opinionem defendendi, nempe, qualitatem intendi, esse accipere novam unionem, seu modum inherendi, & informandi perfectiorem priore: primò enim vel prior unio manet, vel non; si manet, ergo dantur diversæ partes, & gradus in unione; quare ergo dari similiter non poterunt in ipsa qualitate? si verò non maneat prior unio, sed alia perfectior producat, & præcedens pereat, faciunt contra hanc sententiam omnia argumenta contra Durandi opinionem supra posita. Contra secundò & præcipue: si propterea intendi dicitur qualitas, merè quod accipiat perfectiorem unionem, quidni intendi poterit substantia, vel quantitas, cum accipere possint perfectiorem unionem, amissa imperfectiore? Deinde, si solum producat perfectior unio, non potest simpliciter dici subjectum magis calidum, cum denominatio calidi præcipue oriatur à calore.

VII. Unio non auget virtutem actus qualitatis.

Præterea, ipsa virtus operativa, & ratio agendi augetur, cum qualitas intenditur, sed si sola perfectior unio producat, non potest augeri ratio agendi, unio enim non est activa, ergo. Ac proinde sicut, licet ut qualitas possit operari, requiratur actio illius conservativa, non tamen ex majore vel minore perfectione actionis conservativæ qualitas est magis vel minus operativa; si enim conservetur actione naturali, si vel supernaturali, generativæ vel creativæ, unâ vel duabus, ab hoc vel illo agente, non augetur propterea vis ejus activæ. Idem dicendum de unione. Quod argumentum etiam urget contra perfectiorem existentiam, posito quod ex-

istentia distinguatur realiter ab essentia.

Ulterius, omnis calor secundum hanc sententiam VIII. est æqualis, & consequenter tantum est caloris in aqua tepida, quantum in igne, imò tantum gratiæ in puero recens baptizato, ac in maximo quoque sancto, quod à veritate valde videtur alienum: si enim conservaretur utriusque gratia separata ab omni subjecto, sicut & calor, quis dubitat quin gratia B. Virginis major sit gratiæ pueri recens baptizati, & calor ignis major calore aquæ tepidæ.

Tandem, sicut idem calor secundum ipsos ob solam novam unionem potest exercere perfectiores operationes, & propterea dicitur calor ille intendi, ita anima rationalis secundum eosdem ob perfectiorem unionem in capite quam in manu, & in carne quam in osse (in carne enim vegetat & sentit, in osse solum vegetat) dici poterit intendi, cum tota diversitas tam in qualitate, quam in animâ oriatur secundum ipsos à solâ unione.

Primus verò modus majorem hanc radicationem explicandi, quod scilicet qualitas, dum intenditur, amittat priorem existentiam in subjecto, & aliam perfectiorem acquirat, omnium maxime displicet. Primò enim, divinitus fieri potest intensio qualitatis extra subjectum: quod etiam argumentum urget contra priorem modum de unione. Secundò contra hunc modum faciunt argumenta quibus se, præcedente impugnata est sententia Durandi, perinde enim est existentiam qualitatis perire, & novam illius loco emergere, ac perire qualitatem ipsam, ut volebat Durandus, & aliam ei succedere.

Tertio, substantia etiam posset intendi, cum possit recipere perfectiorem existentiam, vel retinendo priorem, vel eam amittendo. Deinde, quando calor intendit calorem, illum denuò produceret, producere siquidem non est aliud quam dare existentiam. Tandem, quod caput est supponunt hi auctores existentiam distinguere ab essentia, quod tamen non ita se habere ostendam in Metaphysica.

Dices; Aristotelem affirmare quarto Phys. Tex. 84. calorem intendi nullo calido, id est, nullo calore de novo adveniente. Deinde, capite de qualitate asserere videtur concreta qualitatibus suscipere magis & minus, non tamen abstracta. Ad priorem locum responderetur, verba illa, ut in objectione ponuntur, non reperiri in Aristotele; solum enim ibi dicit Aristoteles ad hoc ut intendatur una pars subjecti calidi, non esse necessarium ut alia pars calefiat, & hoc sensu est verum, nullum aliud calidum debere addi: quando enim magis calefit, & intenditur eadem pars subjecti, nullum aliud est calidum quod non erat antea, sed idem redditur magis calidum. Secundò, ad eundem locum Aristotelis responderi potest, ipsum intelligere non reddi subjectum magis calidum formaliter per additionem alicujus calidi, id est per intermixturem vaporis cujusdam calidi, ut ex antiquis nonnulli affirmabant; & hoc sensu verum est nullum calidum adjici quando calor intenditur, nec enim fit intensio per additionem substantiæ, sed solius accidentis.

Ad secundum locum Aristotelis resp. non velle eum non habere accidentem eandem latitudinem graduum quando significatur nomine abstracto albo, ex gr. ac quando nomine concreto album: sed mens ejus est, accidentia secundum nomen abstractum sumpta non suscipere magis & minus, quia tunc non sumuntur adjectivè, seu per modum adjacentis, sed quasi substantivè, & per modum per se stantis, & hac ratione imitantur substantias, quæ non suscipiunt magis & minus. Sic non dicimus magis aut minus calor, aut albedo, cum remissus calor sit æquæ calor,

VIII. Sequitur tantum esse caloris in aqua tepida, quantum in igne.

IX. Anima rationalis in hac sententia habet intensiorem.

X. Non potest explicari intensio per amissionem prioris, & acquisitionem perfectioris existentie.

XI. Sequitur calorem produceret calorem, quod intendit.

XII. Aristoteles non docuit qualitatibus intendi per majorem radicationem.

XIII. Alio sensu concreto qualitatibus suscipiunt magis & minus, non abstractis.

calor, atque intensus: subjectum tamen habens remissum calorem non est æquè calidum, ac habens intensum.

XIV. Quod verò hæc sit mens Aristotelis, videntur ipsius verba insinuare, ait enim *unum iustum esse magis iustum, quàm alium, non tamen unam iustitiam esse magis iustitiam quàm aliam*: quod tamen non arguit unam qualitatem non habere plures gradus quàm aliam. Sicut licet lignum unius palmi sit æquè lignum, ac lignum quatuor palmorum, lignum tamen quatuor palmorum est magis extensum, ergo & calor ut quatuor, licet non sit magis calor quàm calor ut unum, est tamen magis intensus: sicut etiam non est magis homo is, qui habet partes aliquas integrantes, quas non habet alius, licet possit esse maior homo.

SECTIO III.

Vera opinio de intensione, & remissione qualitatum.

I. Quarta itaque & vera sententia docet, intensiorem qualitatum fieri per additionem gradus ad gradum, & hoc sensu per maiorem radicationem in subiecto, hosque gradus physicè & realiter inter se distingui, veraque & Physicà unione sibi invicem in eadem parte subiecti uniri. Remissionem è contrà asserit hæc opinio fieri per destructionem & expulsionem alicujus gradus, & hoc etiam sensu per maiorem radicationem in eodem subiecto: ita Alber, in 1. d. 17. ar. 10. S. Bonav. in 2. part. dist. ar. 1. q. 1. ad secundum. Scotus in 1. d. 17. q. 3. Okam in 1. d. 17. q. 6. Greg. ibid. q. 4. ar. 1. Gab. in 1. d. 17. q. 6. Toll. 4. Phys. q. 12. & 1. d. Gener. ar. 3. q. 4. Suarez d. 46. Met. f. 1. n. 29. & 34. Valq. to. 1. in 1.2. d. 82. c. 3. Rubius 1. 1. de Gen. c. 4. tract. 3. q. 5. n. 145. Murcia 1. 1. de Gen. d. 2. q. 4. Hurt. de Gen. d. 5. f. 4. n. 41. Tanner. 2. 2. d. 2. q. 2. d. 4. 126. Arriaga d. 3. Gen. f. 1. n. 17. Oviedo Cont. 4. Gen. p. 1. n. 32. & communis ferme hodie Philosophorum ac Theologorum sententia.

II. Pro hac etiam sententiâ citari solet S. Thomas tum aliis locis, tum præcipuè 2. 2. q. 24. art. 4. ad 3. ubi ait eos propriam vocem ignorare, qui dicunt habitum charitatis augeri per radicationem in subiecto, sed asserit eum augeri secundum essentiam, & hoc sensu magis radicari in subiecto. Alibi tamen obscurius loquitur de modo, quo fit qualitatum intensio. Quare Cajetanus fatetur mentem S. Thomæ hac in parte esse, valde dubiam. Videatur P. Hurtado d. 5. Gen. f. 5. quæ tota est de mente S. Thomæ. Hanc sententiam clarè docet Aristoteles 4. Phys. tex. 84. ubi ait eodem modo quo ex frigido fit calidum, ex calido fieri magis calidum; sed ex frigido fit calidum per pro-

ductionem veri caloris, qui antea non erat in subiecto, ergo & ex calido fit magis calidum per productionem caloris, qui antea non fuit in subiecto.

Ratio hujus sententiæ desumitur præcipuè ex impugnationibus jam positis aliarum omnium. Vterius tamen probatur, nam virtus activa qualitatis verè augetur per intensiorem, sed virtus activa consistit in ipsâ entitate qualitatis, ut supra ostensum est, ergo, sicut itaque quando augetur quantitas molis, debet addi nova pars molis, ita quando augetur quantitas virtutis, addi similiter debet nova pars virtutis, seu qualitatis. Deinde, definit Concil. Tridentinum homines non mereri primam gratiam, sed augmentum gratiæ: item, gratiam per bona opera augeri, ergo ipsa gratia debet augeri, & fieri major, ergo iustus habet maiorem gratiam, seu plus gratiæ post bona opera quàm antè, ergo gratia habet diversos gradus. Alia argumenta pro hac sententiâ posita sunt supra in impugnatione aliarum opinionum.

Dices primò; hi gradus vel sunt ejusdem speciei, vel diversæ: si ejusdem, non possunt esse simul in eodem subiecto; si diversæ, non possunt continuari, & facere intensiorem, ergo. Resp. licet sint diversæ speciei incompletæ, posse eos continuari, ut affirmant multi de partibus heterogeneis vi ventium. Deinde, duo accidentia ejusdem speciei possunt subinde esse in eodem subiecto, quando est peculiaris ratio, ut sæpè dictum est.

Dices secundò; essentia rerum sunt indivisibiles, & sicut numeri secundum Aristotelem 8. Phys. c. 3. ergo qualitas non potest esse divisibilis in diversos gradus. Contrà, ergo nec habere potest extensionem, nec homo animam & corpus, aut diversas partes integrantes, si res omnes debeant esse omnimodè indivisibiles. Mens ergo Aristotelis est, sicut ablata vel appositâ, aliquâ unitate, variatur numerus, ita ablata parte aliquâ à toto, vel appositâ, variatur totum. Quod etiam nos hic asserimus; additâ enim novâ parte intensiorem, tam est novum compositum metaphysicè loquendo, quàm si addatur nova pars extensionis. Negatur etiam ita individuari accidentia à subiecto, ut non possint, vel duo esse in eodem subiecto, vel ut id quod est in uno, non potuisset fuisse in alio.

Dices tertio; eadem anima rationalis indivisibilis dat diversis partibus materiæ diversas denominationes, carnis, ossis, &c. ergo & eadem qualitas poterit tribuere diversas similiter denominationes. Negatur consequentia, primò enim anima non tribuit rationes, sicut diversas hæc denominationes eidem parti, sed diversis. Deinde, dici potest, varietatem illam denominationum provenire, non ab animâ præcisè, sed ab unione heterogeneâ, vel à diversâ complexione accidentium.

DISPUTATIO X.

Sintne gradus intensiōis homogenei, an heterogenei.

SECTIO PRIMA.

Proponuntur sententiæ.

I. Diximus disp. præcedente intensiorem qualitatum fieri per additionem, seu productionem novi gradus, & unionem illius cum præcedentibus. Hic ergo quærimus, sintne hi gradus

R. P. Th. Comptoni Philosophia.

homogenei, id est, planè inter se similes, & solo numero diversi, sicut duæ partes aquæ, & nullo modo sibi invicem subordinati; an heterogenei, hoc est, inter se dissimiles, & specie ut aiunt, incompletè distincti, cum subordinatione ad se invicem, ita ut secundus naturaliter supponat primum, tertius secundum, & sic deinceps.

Prima sententia affirmat omnes gradus in intensiōe cujuscvis qualitatis esse homogeneos. Ita Okam

III. Virtus activa qualitatis verè augetur per intensiorem ergo additur novus gradus.

IV. Res diversa speciei incompletæ possunt continuari.

V. Quo sensu dixit Aristoteles essentias rerum esse indivisibiles, & sicut numeros.

VI. Cur idem calor non det diversas denominationes, sicut eadè anima rationalis.

VI. Cur idem calor non det diversas denominationes, sicut eadè anima rationalis.

VI. Cur idem calor non det diversas denominationes, sicut eadè anima rationalis.

VI. Cur idem calor non det diversas denominationes, sicut eadè anima rationalis.

VI. Cur idem calor non det diversas denominationes, sicut eadè anima rationalis.

2. Sent. ait
gradus om-
nes inten-
sionis esse
homogeneos.

in 3. q. 6. Greg. in 1. d. 17. q. 4. Gab. in 3. d. 13. quæst. un. art. 1. notab. 1. Valsq. 1. 2. d. 82. Rubius hic 1. 1. c. 4. tr. 3. q. 5. num. 154. §. Ad secundum. Contim. hic 1. 1. cap. 4. quæst. 2. art. 3. §. ad ultimum. Tol. hic 1. 1. cap. 3. quæst. 4. Arria. hic d. 3. sect. 3. num. 65. & ex parte Oviedo hic, Cont. 4. p. 2. numer. 62. & ex recentioribus non pauci.

III.
Declaratur
hæc senten-
tia.

Dicunt ergo hi auctores, esse quidem varios gradus in quavis qualitate intensâ, sine ullâ tamen inter se subordinatione, aut dissimilitudine graduâ, ac proinde non magis hunc esse primum, aut secundum, quàm illum, sed vel dici primum, quòd primò producatur, ac merè dependere à determinatione divinâ, quem gradum velit primò produci, aut expelli, & consequenter quis censendus sit primus, ex se tamen posse quemcunque esse primum. Rationes hujus sententiæ ponentur postea.

IV.
2. Sent. affir-
mit gradus
omnes in-
tensionis
esse hetero-
geneos.

Secunda sententia huic è diametro opposita affirmat gradus omnes in intensione qualitatum esse heterogeneos, seu dissimiles, sibi que invicem naturaliter subordinatos ita ut qui est primus, non possit esse secundus, nec alium sibi præsupponere; secundus etiam, inquit hæc sententia, supponit primum, nec potest naturaliter in subiectum induci nisi illo præsupposito; tertius similiter supponit secundum, & sic de aliis omnibus gradibus. Ita Suarez d. 46. Met. sect. 1. n. 30. 34. & 35. Murcia hic, l. 1. d. 2. q. 1. §. Dico secundò. Hurt. hic d. 5. n. 98. Quod etiam docet Cajeta. 2. 2. q. 24. ar. 7. & plurimi ex recentioribus.

V.
Differunt
hi auctores
in modo
hanc sen-
tentiam de-
fendendo.

Differunt tamen hi auctores, quòd alii cum Suarrio affirmant hanc inæqualitatem, ac dissimilitudinem graduum esse solum numericam, & unum gradum alio individualiter tantum esse perfectiorem, sicut sunt mas & femina secundum probabilem sententiam in eadem specie animalis. P. Hurt. è contrâ cum aliis vult inter gradus istos esse differentiam specificam, non quidem specie completâ, ut est inter aquam & ignem, sed solum incompletâ. At quæstio potius est de modo loquendi, quàm de re.

VI.
3. Sent. he-
terogenei-
tatem gra-
dum in
quibusdam
qualitati-
bus patuit,
non in aliis.

Tertia aliorum sententia est, quæ heterogeneitatem in aliquibus accidentibus ponit, non in aliis: dicunt enim hic auctores posse scientiam de aliquâ re, sicut & visionem beatificam, intendi per hoc quòd addatur nova pars scientiæ, vel visionis representans idem objectum cum novo connotato, ad quod dicit ordinem, ut dum cognoscitur omnipotentia divina in ordine ad plures & plures creaturas per novas partes visionis. Hæc tamen heterogeneitas non videtur ita propria, sed extensio potius quædam cognitionis, quàm intensio; nec enim videtur cognitio illa esse intensior, quæ representat plura objecta, sive illa primaria sint, sive secundaria, & in obliquo solum cognita, sed ut visio, vel cognitio sit propriè intensior, debet esse ejusdem omnino objecti. Quid hac in re sentiam, dicam sect. sequente.

SECTIO II.

Resolvitur quæstio circa intensiorem ex gradibus homogeneis vel heterogeneis.

I.
Non impli-
cat intensio
ex gradibus
homogeneis.

Prima conclusio: non implicat intensio qualitatum quarundam ex gradibus seu partibus homogeneis in eadem parte subiecti inter se unitis. Hæc conclusio probabitur solvendo argumenta quæ contra eam proponi solent.

II.

Obijciunt primò: si duo gradus similes in eadem parte subiecti possint facere intensiorem, ergo & duæ partes quantitatis in eadem parte materiæ facere similiter poterunt intensiorem. Resp. negando

consequentiam, non præcisè quòd sint similes; si enim essent heterogeneæ, ut si pars quantitatis celestis (quæ secundum multos specie distinguitur à sublunari) poneretur simul cum eâ in eadem parte subiecti, non tamen facerent hæ duæ partes intensiorem. Ideo ergo duæ partes quantitatis non faciunt intensiorem, tum quia non dicunt proportionem naturalem, ut sibi invicem uniantur in eadem parte subiecti; tum etiam quia non sunt aptæ ad denominandum subiectum magis aut minus quantum, sicut à calore denominatur magis aut minus calidum: una enim pars quantitatis tam denominat subiectum suum quantum quàm mille, non homogenea tantum, sed heterogenea.

Obijciunt secundò: duo accidentia ejusdem omnino rationis inesse nequeunt eidem subiecto; alterum enim esset superfluum, ergo nequit fieri intensio per gradus homogeneos. Resp. in quibusdam accidentibus, iis nimirum quæ non suscipiunt magis & minus, antecedens esse verum; sic enim ob eandem rationem non potest res naturaliter habere in eodem loco duas ubicationes, duas quantitates &c. quia una ex his tantum tribuit subiecto, ut proximè dictum est, ac duæ vel centum. At in iis accidentibus, quæ suscipiunt magis & minus, est sufficiens finis cur plura in eadem parte subiecti inter se uniantur. Quæ de re dixi etiam quædam disp. præcedente, sect. 1. num. septimo.

Obijciunt tertio: Intensio sonat perfectionem supra extensionem, sed si gradus sint homogenei; subiectum habens sex gradus caloris, aut lucis in diversis partibus, esset æquè perfectum, ac si haberet sex illos gradus in eadem parte, ergo non potest fieri intensio per gradus homogeneos. Resp. materialiter quidem, & spectatâ præcisè entitate graduum ita esse, cum iidem numero sex gradus, qui jam sunt gradus extensionis, potuissent esse gradus intensiōis, & è contrâ: formaliter tamen, & ex parte modi habendi, intensio, etiam ex iisdem gradibus, superat extensionem, tum quia una pars subiecti jam tantum habet perfectionis sola, quantum autè sex partes ejusdem magnitudinis habebant; tum quia perfectiore inter se unione hi gradus connectuntur; tum denique, quia sicut plura agentia quo magis ad se invicem accedunt, eo perfectius sunt operativa, virtus enim unita fortior, ita si in eadem omnino parte subiecti conjungantur, magis adhuc & perfectius operabuntur, sicque constituent perfectius complexum.

Obijciunt quartò: ideo Deus & creatura non censentur facere complexum, intensivè perfectius quam sit Deus solus, sed solum extensivè, quia scilicet creatura non est quid Deo perfectius. Contrâ, si hæc sit sola ratio, ergo nec primus gradus heterogeneus faciet intensiorem cum secundo, cum ille non sit quid perfectius gradu secundo. Si verò juxta adversarios gradus imperfectior potest facere intensiorem cum perfectiore, à fortiori facere intensiorem poterit cum æquali. Resp. itaque disparitatem esse quòd Deus eminenter contineat perfectiones omnium creaturarum, neque plus potest Deus & creatura, nec plus est æstimabile complexum illud, quàm Deus solus: at verò certum est duos gradus albedinis, aut viriditatis plus posse quàm unum, & duos gradus gratiæ, etiam homogeneos, magis esse æstimabiles, uno quantumvis sint omnino similes.

Secunda conclusio: Dici probabiliter potest intensiorem qualitatum non operarum, ut gratiæ, & similium, fieri per additionem graduum homogeneorum. Ratio est, quia sicut non sunt multiplicandæ entitates sine necessitate, ita nec sine necessitate multiplicandæ sunt rerum perfectiones, nec earum

VI.
Qualitates
non opera-
tive intensi-
onem per
gradus ho-
mogeneos.

diversitas statuenda: sed nulla hic est necessitas, ut partim constet ex proximè dictis, partim ex sect. sequente constabit, ubi peculiarem afferemus rationem, cur in quibusdam qualitatibus operativis necessaria sit graduum heterogeneitas, quæ in qualitatibus non operativis non urget.

VII. *Qualitates operantes æquivocè habent gradus homogeneos.*
Tertia conclusio: Dici etiam probabiliter potest, intensiorem qualitatum operativarum æquivocè, ut gravitatis & similibus, quæ producunt effectus sibi dissimiles, fieri per aditionem graduum similibus. Ratio est eadem quæ posita est in conclusione præcedente, nullum enim huius rei est urgens fundamentum.

VIII. *Qualitas operantium univocè gradus sunt heterogenei.*
Quarta conclusio: Gradus intensiorem in qualitatibus operantibus univocè, ut in luce, calore, frigore, & similibus, necessariò statuendi sunt heterogenei, seu sibi in perfectione dissimiles.

IX. *Dispositio ad formas speciei distinctas, non arguit gradus heterogeneos.*
Hæc conclusionis huius ratio à nonnullis affertur: qualitas, inquit, secundum diversam intensiorem disponit ad formas speciei distinctas, ergo debent gradus esse inter se diversæ speciei, saltem incomplete. Sed contrà primò, quare enim requiretur propterea diversitas specifica inter gradus? dici namque posset unam formam substantialem petere plures gradus ejusdem rationis, quam aliam. Conf. major vel minor quantitas est dispositio ad formas speciei distinctas, ut constat in minimo naturali, & tamen major quantitas non distinguitur specie à minori, ergo &c.

X. *Quantitas ejusdem speciei disponit ad res speciei distinctas.*
Dices; diviso minimo naturali non manere accidentia, & dispositiones ad illam formam, ad horum autem ablationem sequitur destructio formæ, non ad diminutionem quantitatis. Contrà primò, non ad hanc destructionem solum, sed etiam ad divisionem quantitatis sequitur formæ destructio, cum certum sit aliquas formas, præsertim viventium, requirere tantam quantitatem, nec posse sub minore consistere. Contrà secundò, ergo saltem diversa quantitas est dispositio ad accidentia, & qualitates speciei distinctas: ergo possunt aliqua specie inter se non distincta disponere ad ea, quæ specie distinguuntur.

XI. *Forma mixta quidnam in se habeant temperamentum qualitatibus.*
Dices secundò; formæ speciei distinctæ requirunt dispositiones speciei distinctas, ergo aer & ignis debent habere qualitates speciei distinctas. Resp. ignem & aërem, licet conveniant in una qualitate, nempe calore, qua de causâ vocantur elementa symbola, differunt tamen in aliâ, ignis enim habet siccitatem, & aer humiditatem. Si verò sermo sit de mixtis, in quibus reperitur omnes quatuor primæ qualitates inter se attemperatæ, vel dicendum cum multis, esse in iis aliis peculiares dispositiones unicuique speciei proprias; vel diversum temperamentum quatuor primarum qualitatum posse esse sufficiens determinativum ad diversitatem specificam formarum substantialium: sicut, ut proximè diximus diversitas quantitatis sufficiens determinat ad formas, vel dispositiones speciei distinctas.

SECTIO III.

Præcipua ratio cur qualitates operantes univocè constare debeant gradibus heterogeneis.

I. *Duo agentia tria intendentes se invicem usque ad summum.*
Secundò ergo, & præcipue probatur conclusio: Et sententia statuente gradus harum qualitatum homogeneos sequeretur posse agens aliquod remissum, calidum v.g. ut quatuor, intendere passum sibi applicatum usque ad octavum gradum, imò duo agentia remissa posse se invicem intendere, quod tamen est aperte contra experientiam, & ab omnibus

R.P. Th. Comptoni Philosophia.

negatur. Sequela probatur, secundus gradus est ejusdem planè rationis cum primo, in hac sententiâ, ergo potest agens ut quatuor illum producere, cum possit adhuc producere unum gradum: probo consequentiam, quodcumque est virtus sufficiens in agente, & aptitudo seu capacitas in passio ad effectum, potest effectus ille produci; sed hic est virtus sufficiens in agente, & capacitas in subiecto, seu passio, ut constat, cum passum recipere possit octo gradus, ergo calor ut quatuor poterit intendere passum ultra gradus, quos in se habet, & duo agentia remissa se invicem intendere usque ad summum.

Dices; posse quidem calidum ut tria, vel quatuor producere unum gradum per se loquendo, non tamen in his circumstantiis, jam enim eorum vires sunt exhaustæ. Contrà, quando calidum ut duo produxit unum gradum in uno subiecto, si applicetur aliud subiectum, producet similiter unum gradum in eo, & si duo simul subiecta applicarentur, vel intime inter se penetrata, vel ipsi proxima, produceret simul calorem ut unum in utroque, ergo non sunt exhaustæ ipsius vires: ergo in eodem subiecto posset adhuc producere unum gradum. Patet consequentia, non minus est hoc subiectum ei applicatum, quam aliud, nec est minus capax effectus producendi, cum possit naturaliter stare gradus ille cum gradu jam producto, ergo nihil obstat quo minus adhuc calidum ut duo unum gradum producat in illo subiecto.

Dices secundò; & est communis solutio, ideo non posse calidum ut duo ex.gr. intendere aliud calidum ut duo, quia simile non agit in simile, jam enim habet qualitatem, quam agens aliud potest in eo producere. Contrà, in hac sententiâ sequitur, posse simile agere in simile, & commune illud axioma non subistere: cum enim subiectum non habeat omnem qualitatem, quam potest agens producere, sicque illius capax, & nihil aliud obstat, ut jam probatum est, quidni poterit simile agere in simile? In nostrâ autem sententiâ clara redditur huius axiomatis ratio: cum enim gradus proximus secundo sit ipso perfectior, superat perfectionem agentis perfecti solum ut duo, sicque non potest eum producere.

Dicunt; omne agens naturale intendere assimilare sibi passum, ut hac ratione conservet, & propaget suam speciem: cum ergo jam calidum ut duo sit simile alteri calido ut duo, si ulterius in ipsum ageret, redderet illud sibi dissimile. Contrà, in hac sententiâ sequeretur debere reddere illud sibi hoc modo dissimile cum nulla reddi ratio possit cur non ageret, ut jam ostensum est. Deinde, sicut agens, ignis v.g. unius palmi producit calorem in passio duorum palmorum, sicque dissimilat sibi passum in extensione, posset etiam illud dissimilare in intensiione, nisi aliqua ratio assignetur.

Præterea, si ponantur duo agentia lucida vel calida inæqualiter, alterum ut duo, alterum ut sex, utrumque simul concurrat ad producendum calorem, vel lucem ut quatuor, aut quinque in passio sibi approximato, ergo agens ut duo dissimilabit sibi passum, cum concurrat ad quatuor vel quinque gradus producendos in illo passio, & tamen agens in se duos tantum habet gradus, ut supponimus. Quod autem calidum vel lucidum ut duo concurreret ad omnes illos gradus, & fatentur adversarij, & probatur; licet enim calidum ut duo per se non possit producere calorem ut quatuor, potest tamen conjunctum calido ut sex, sicut puer cum viro robusto elevare potest pondus, quod per se non potest: si autem possit calidum ut duo cum calido ut sex producere calorem ut quatuor, producet, cum sit agens necessarium.

II. *Agens calidum ut duo poterit octo gradus caloris in passio producere.*

III. *Si gradus sint homogenei, sequitur simile posse agere in simile.*

IV. *In hac sententiâ agens debet sibi dissimilare passum.*

V. *Agentia inæqualiter concurrunt dissimilant sibi passum.*

Calor ut duo concurrat cum calore ut sex ad producendum calorem ut quinque.

VI.
Clara ratio
cur duo ca-
lida in qua
xior, non
possint se
in vicem in-
terferere ad
summum.

At verò in nostrâ sententiâ statuente gradus heterogeneos, claram reddimus hujus experientie rationem à priori, cum enim septimus vel octavus gradus sint entitativè perfectiores sexto, nunquam possunt plura agentia calida tantum ut sex quantumcunque multiplicentur, producere gradum septimum, vel octavum, cum agens univocum æquare debeat perfectionem effectus, & æquivocum superare; duo autem, vel etiam centum sexti gradus nunquam possunt assurgere ad perfectionem septimi, sicut nec centum lupi ad perfectionem leonis, aut centum columbæ ad perfectionem aquilæ. Unde, vel hoc nomine præferenda est hæc sententia, quod scientificè, & à priori procedat, & intellectui satisfaciatur, quod in contraria sententiâ desideratur.

VII.
Sententia
reddens ra-
tionem ali-
cujus rei à
priori, est
alteri præ-
ferenda.

Dices; non exigitur à Philosopho ut cujusque rei rationem reddat à priori, quæ enim ratio à priori cur albedo non producat albedinem, sicut calor producit calorem? Fateor non semper posse omnis experientie reddi rationem à priori. Dico tamen sententiam, quæ hoc faceret, rerumque naturas hæc in parte penetraret, longè præferendam alteri, quæ effectum quidem videre se dicit, causam tamen penitus se ignorare fatetur, & hæret quasi in cortice.

VIII.
Obij: nobis
etiam re-
currendum
esse ad ex-
perientias.

Urgebis cum P. Arriaga hic n. 54. etiam nobis recurrendum esse ad naturas rerum, sicut enim ipsi dicunt ideo non posse calidum ut sex producere calorem ut septem in passo sibi applicato, quia est natura accidentis, ut non producat plures gradus in passo externo, quam habeat in se; eandem rationem reddere debemus nos cur non producat tot gradus in subiecto sibi proximo, quot habet in se.

IX.
Resp. nos
causam
assignare,
distantiam
scilicet ali-
quam passi
ab agente.

Resp. nos non ideo præcisè dicere agens aliquod non tot gradus in subiecto externo producere, quot habet in se, quia hæc est natura agentis, hoc enim esset petere principium, & in idem recidere, quod reprehendimus in contraria sententiâ Doctoribus; sed ideo dicimus agens aliquod, ignem ex. g. non tantum caloris producere in passo externo, quantum in se, quia passum non est adeò benè applicatum, sed aliquantulum distat; Unde si esset subiectum illud intimè penetratum cum igne, tantum in eo caloris produceret ignis, quantum in se, ut ostendit d. 7. l. 5. n. 4. & 5.

X.
Quod potest
gradum
aliquem in
passo remo-
tiori produ-
cere, poterit
in propin-
quo.

Instabis; ergo hanc etiam rationem poterit sententia astruens gradus homogeneos reddere, cur agens calidum ut tria non possit plures gradus in passo sibi proximo producere, quia scilicet passum aliquantulum distat. Nego consequentiam, potest enim adhuc in passo remotiore, & minùs benè applicato hujusmodi gradus producere, ergo à fortiori producere illos poterit in passo sibi proximo, & melius applicato.

XI.
Quid re-
quiratur ut
agens non
possit disti-
mille sibi
passum.

Tandem respondebis cum P. Arriaga hic n. 54. esse primum principium per se notum, non posse amplius passum ab agente naturali intendi, quam ut ipsi reddatur simile in specie qualitatis, & numero graduum. Contrà, si hoc sit primum principium, est etiam primum principium esse gradum illum producendum ejusmodi, ut in his circumstantiis superet virtutem causæ, cujus tamen contrarium hic est manifestum, cum illum ipsum gradum producat in passo remotiore, & minùs benè applicato, imò subinde in subiecto longè magis indispósito, ut si calidum ut sex, ubi in aëre sibi proximo produxit quatuor, vel quinque gradus caloris, adhuc unum vel alterum producat in nire, ad palmum distante. Sicut quia est lumine naturæ notum omne totum esse majus sua parte, ut hominem capite, est eadem operâ notum lumine naturæ esse aliquid in homine præter caput. Siquis verò dicat, hoc non esse à Philosopho spectandum, sed crudè stan-

dum axiomati, mirum sanè is censeretur habere lumen naturæ.

Recentiores ergo aliqui Philosophi graduum homogeneorum acerrimi defensores dicunt simile posse agere in simile, idque variis experientis comperit sibi esse affirmant: axioma proinde illud, nequid ultra facessat negotij, rejiciunt. Rem hanc discutimus sectionibus sequentibus.

SECTIO IV.

Verum simile agere possit in simile.

Similitudo duplex est, specifica, & gradualis: prima communis est tam substantiæ, quam accidentibus; ignis enim specificè non minùs est similis igni, aqua aquæ, leo leoni &c. quam calor calori, aut lux luci. Similitudo gradualis propria est solum accidentium, diciturque convenientiam in gradibus intensiōis. Calor ergo ut sex, & calor ut duo convenient in similitudine specificâ, non in graduâli; calor ut sex, & frigus ut sex, in similitudine graduâli, non specificâ: demum duo calores ut sex convenient in utraque: sicut & duæ albedines, impulsus, siccitates, ac luces ut quinque, & sic de aliis.

Quæstio ergo præsens procedit de similitudine graduâli: certum est enim similitudinem specificam non ob stare in accidentibus, quo minùs simile agat in aliud sibi hoc modo simile, calidum enim ut sex agit in calidum ut tria, & novum in eo caloris gradum producit. Dixi in accidentibus, in substantiis enim substantialiter operantibus, simile non agit in aliud simile similitudine specificâ, ut ignis in materiam unâ formâ ignis informatam, non inducit aliam, quia materia non est capax simul duarum formarum substantialium. Quærimus ergo utrùm calidum aut lucidum ut sex in passo sex gradus caloris, aut lucis habente, possit adhuc unum gradum caloris, aut lucis producere, & reddere illud calidum aut lucidum ut septem.

Prima sententia affirmat calidum in materiâ densiore posse agere in aliud calidum in materiâ rariore, licet quoad gradualem similitudinem utrumque sit æquale, habeat ex. g. calorem ut sex: & hoc sensu dicunt simile agere posse in simile. Ita Marsil. hic q. 18. Niphus c. 2. q. 2. Scotus l. 2. Phys. q. 4. & alij. Ratio eorum est, constat enim, inquit, experientia ferrum candens ita stupæ calorem intendere, ut concipiat ignem, cum tamen ferrum ipsum non tam intentum in se calorem habeat, sic enim haberet formam ignis, ergo ferrum illud primò materiam stupæ reddit sibi in intensiōe æqualem, postea superiorem, sicque agit in simile.

Sed contrà: hæc experientia nihil probat; primò enim dici potest, summum illum calorem in stupâ, non à partibus ferri produci ultra gradus intensiōis quos ipsæ in se continent, sed à particulis ignis in poris ferri latentibus, ut in Phys. dixi d. 1. r. sect. 3. n. 10. Secundo dico, totum illum calorem stupæ produci posse à partibus ferri, quæ propter majorem densitatem & configurationem calorem illum vehementem statim in stupâ producant, non tamen planè tantum quantum habent in se. Ideo autem convertitur stupâ in ignem, non verò ferrum, quia licet hoc plus in se caloris habeat quam stupâ, minorem tamen habet raritatem, & alias dispositiones, quæ plurimum ad ignem citò concipiendum conducunt.

Secunda sententia est aliorum qui inde probant simile agere in simile, quod experientia, inquit, constat eandem numerum qualitatem in passo aliquo, calorem ex. g. ut quatuor, se intendere, imò nonnunquam calor remissus ita se auget, ut per antiperistasi-

XII.

I.
Similitudo
duplex, gra-
dualis, &
specificâ.

Similitudo
graduâli
est propria
accidentibus.

II.
Quærimus
an simile
graduâli
possit agere
in sibi
minùs simile.

III.
1. Sent. ut
calidum ut
quatuor
materia
densâ possit
agere in
calidum ut
quatuor in
materiâ
rarâ.

IV.
Cur fieri
convenit
in ignem
non verò
ferrum.

V.
2. Sent. ut
eius simile
agere in
minùs
simile.

sim excitetur ignis, quod in fœno, impeditur ejus evaporatione, sæpè contingit; & idem evenire subinde asserunt in fimo columbæ.

VI. P. Arriaga hic d. 3. l. 7. n. 125. ait intensum illum calorem, seu dispositionem ad ignem produci à formis substantialibus, horum compositorum. Sed contrà, sic enim hæ formæ directè concurrerent ad destructionem sui. Probabilius ergo videtur refundendum potius hoc esse in cœlum, aut aliquam ex causis universalibus, quæ sicut animalcula aliqua generant ex putri, disponendo prius materiam, in quâ inchoatum quoddam ad hoc temperamentum reperiunt; ita cum in his compositis inclusæ sint calidæ quædam exhalationes, peculiarem habentes aptitudinem, ut ad ignis introductionem disponantur, primò temperamentum ad ignem requisitum, & mox ipsam formam ignis in eorum materiam inducunt.

VII. Disputant hic aliqui de Reflexione: de hac tamen dictum est in Physicis d. 3. l. 3. n. 9. & 10. nec opus est hic quidquam adicere.

SECTIO V.

Alius modus defendendi simile posse agere in simile.

I. Lia hac in re sententia est quorundam recentiorum, qui intensiorem qualitatum statuentes in gradibus homogeneis, affirmant non simile tantum in materia densa agere in sibi omnino simile quoad gradus intensiōis in materia rarâ, sed passim contingere ut duo agentia æqualis omnino intensiōis, ac densitatis, vel raritatis, se invicem in calore, luce, & aliis hujusmodi qualitatibus intendunt.

II. Hæc sententia, quamvis à suis fautoribus accuratè tradatur, & expicetur, mihi nunquam visâ est vera. Nititur autem præcipuè quibusdam experientiis, quæ cum, ut plurimum, ex vitis, & aliis hujusmodi lubricis rebus desumantur, vereor ut sint firmæ, ac solidæ. Certè non mihi tanti videntur, ut tot jam annis receptissima in scholis doctrina, quâ simile dicitur non posse agere in simile, labefacteretur.

III. Impugnatur hæc sententia primò: si enim una candela æqualis planè intensiōis possit aliam intendere, ergo & una pars seu medietas ejusdem candelæ alterius lucem redderet intensiorem, sicut una pars magis intensa in aliam ejusdem agentis minus intensam sæpè agit, quo pacto manus amissum frequenter ex parte calorem à vicinis denuò partibus recipiunt: & si aqua frigida calidæ admisceatur, partes illæ, quamvis jam unite in se agunt, & reagent, ergo idem facient duæ partes æqualis intensiōis.

IV. Impugnatur secundo: sequitur enim duo vel tria luminola ut quatuor, duas candelas ex. g. decuplo, imò centuplo plus lucis in se invicem producere, quàm in se habebant, quando primum applicabantur. Sequela probatur, agens omne secundum Philosophos effectum fermè æquè intensum in passio sibi vicino, & capace producere potest, ac habet in se, sed hic est subjectum vicinum, & capax, ergo. Minor probatur primò enim supponimus unam candela esse alteri vicinam: quod autem sit capax majoris lucis, probatur primò enim dicunt hi auctores de facto unam candela alteri applicatam posse lucem intendere, si autem semel concedatur posse quidquam agere in aliud simile, & sibi tantillum dissimilare passum, ac limites ab hoc axioma, simile non agit in simile, præscriptos, transgredi, nulla est ratio cur plures ab agente illo gradus recipere nequeat. Deinde, maximam videmus diversitatem in

claritate inter lucernas, quæ proinde magnam lucis latitudinem patiuntur, sicque potest earum lux notabiliter intendi.

Quod verò lucem suam ad invicem mirum in modum intenderent hæc lucernæ, sic ostendo: ubi primum tres candelæ A. B. C. habentes singulæ lucem ut quatuor, sibi applicantur, A tres gradus lucis producet in B. & in eadem totidem eodem instante producet C. nec enim est cur non tot gradus lucis in candela illâ producant, si subjectum sit capax, ut jam ostendimus esse, ac in alio quovis passio sibi applicato. Deinde lucerna B illo etiam instante in aliis duabus lucernis per quatuor suos primos gradus lucis producet similiter tres gradus, & per alios sex gradus quos ab iis tunc recepit, producet etiam eodem instante reali, in posteriore tamen naturæ, in singulis alios quinque, cum hi gradus non sint minùs activi prioribus, & hoc modo actione reciproca, dando scilicet lucem, & accipiendo mirum in modum intensiōem suam augebunt, ut consideranti patebit. Hoc inquam sequitur ex hac sententiâ, cum tamen sit apertè contra omnem experientiam.

Dices; non sequitur hujusmodi lucis augmentum. Agentia enim illa vires suas impendunt in gradum jam productorum conservatione; unde ultra tres primos gradus, quos in sese invicem produxerunt, non possunt quidquam postea in lucernis illis producere. Contrà, non dico gradus illos sequentes produci à quatuor primis, hi enim priores illos tantum sex gradus producant, quos postea, quamdiu præfentes sunt, conservant. Dico itaque gradus sequentes à sex illis de novo productis effici, hi enim in nullius gradus conservatione vires suas adhuc impenderunt.

Ut hujus argumenti vim declinent, dicunt aliqui luminosum, etiam ut octo non producere lucem ut sex, vel septem, in passio vicino, ut nos opinamur (idem proportionem servatâ asserunt de aliis luminosis minoris intensiōis) imò autem luminosum ut octo raro extra se producere millesimam partem suæ intensiōis.

Contrà primò: hoc enim est contra communem Philosophorum sententiam, qui uno ore affirmant luminosum aliquod, non millesimam solum lucis suæ partem in passio sibi proximo producere, sed lucem sibi fermè in intensiōe parem. Contrà secundo: experientia ipsa reclamatur, quæ, vel oculis testibus, multò clariùs probat luminosum ut octo, plus quàm millesimam, vel etiam centesimam lucis suæ partem in subjecto sibi proximo producere, quàm prober simile agere in simile, & unam candela intendere lucem alterius sibi in gradibus intensiōis omnino æqualis: si enim quis chartam, aut manum, vel aliud quidpiam candelæ alicui admoveat, intensam in illis lucem productam videbit. Contrà tertio & præcipuè, sitque

Secunda impugnatio hujus sententiæ: si luminare aliquod lucidum ut octo in passio sibi appposito non producat, nisi millesimam partem suæ lucis, ergo similiter calidum ut octo, seu octo gradus caloris in igne, non producent in subjecto sibi proximo nisi millesimam partem sui caloris; sed hoc videtur manifestè falsum, ergo. Major videtur certa, lux enim, ut constat, est multò magis activa, quàm calor, maximè cum hic inveniat contrarium, non illa.

Minor itaque, quod scilicet falsum sit octo gradus caloris in igne non producere nisi millesimam partem sui caloris in passio sibi applicato, probatur: primò enim calor ignis in aquâ ebulliente non solum plus quàm millesimam sui partem, sed calorem producit.

V. Ostenditur tres lucernas actione reciproca lucem suam invicem mirum in modum augere.

VI. Dicunt non posse ulterius lucernas illas lucem producere quia jam productam conservant. Respondetur.

VII. Dicunt alii quod luminosum non producat extra se mille simam partem suæ lucis.

VIII. Est contra experientiam candelam non producere extra se millesimam partem suæ lucis.

IX. Sequeretur calorem ut octo, non producere extra se nisi millesimam partem suæ caloris.

X. Calor ut septem vel octo, calorem intensum extra se producit.

valdè intensum producit, sibi què fermè in intensio-
ne æqualem; eosdem enim ferè habet effectus, ma-
num enim torquet, cibos coquit, & similia, ergo
negari nequit quò habeat intensum calorem. Digi-
tum aquæ illi tantisper inferant, videbunt utrum
millesimam tantum caloris sui partem in eo produ-
cat. Deinde, si calor, aut siccitas ut octo millesimam
tantum sui partem in passo externo producat, mil-
lesima tantum pars frigoris, aut humiditatis expel-
letur, sicquè in omni re erit millies plus frigoris &
humiditatis, quàm caloris, & siccitatis, quod tamen
est apertè contra experientiam, nec ab ullo admitti
potest. Tertio, dispositio ad ignem, etiam in primâ
productione, est calor intensus, ut septem ex.g. vel
circiter, ergo calor in igne potest calorem ut septem
producere in passo sibi approximato, cum possit il-
lud disponere ad ignem.

*Ignis pas-
sum dispo-
nit ad ignem,
ergo plus
quàm mil-
lesimâ par-
tem sui ca-
loris in eo
producit.*

*Si simile a-
gere possit in
simile, tria
calida ut
quatuor in-
tendunt se
ad summum.*

XI. Hinc infero, si argumentum supra positum nu. 5.
formetur in tribus calidis ut quatuor, vel sex, habi-
turum majorem vim, cum hic clarum sit posse illa
calida non solum plus quàm millesimam sui caloris
partem in se invicem producere, sed gradus etiam
aliquos, & calorem intensum, ut jam ostensum est.
Primo ergo ponamus tria illa calida ut quatuor vel
sex conservari sine ullâ admixtione frigoris, ut divi-
nitus possunt, tunc statim gradus aliquot caloris in
se invicem producent, & illi alios, & sic statim inten-
dent se ad summum, ut n. illo 5. diximus; eadem
enim tunc de illis ratio est, ac de luminosis. Si autem
existant modo connaturali, seu cum admixtione ali-
quot graduum frigoris, poterunt etiam tot gradus
caloris in se invicem producere, quamvis lentius,
ratione contrarij expellendi.

SECTIO VI.

*Argumenta contententia simile posse agere
in simile.*

*I. Obijciunt
candelas,
juxta se po-
sitas appa-
rere clario-
res.*

*II. Experientia
candelarum,
quæ juxta
seponuntur,
est hac in re
nulla.*

*III. Obijciunt
candelam remo-
tioris vici-
niori per
flammas
vicinioris,
ergo lucem
suam per
lucem illius
trajiciunt.*

O Bjiciunt primò: duæ candelæ ejusdem planè
intensionis juxta se positæ clariores apparent,
quod, inquit, vel oculis discerni potest, ergo suam
invicem lucem intendunt, & simile agit in simile.

Sed contra: mirum est hanc experientiam asserri
tanquam ad oculum patentem, cum plurimi ocu-
lati testes, & qui rem hanc sedulo explorarunt, nihil
unquam se hujusmodi in candelis juxta se collocatis
advertisse affirmant, aut uni ex præsentia alterius ul-
lam factam esse lucis accessionem. Unde P. Arriaga
d. 3. Gen. f. 7. ait esse manifestum, facis accensæ lu-
cem, à facibus aliis circumcirca positis, non augeri:
& addit, se hujus rei ex proposito experientiam fe-
cisse, candelis proximè sibi invicem collocatis, nec
advertere ullo modo potuisse unius lucem ex appo-
sitione alterius candelæ fuisse ullo modo auctam.
Quare ex hac experientia nihil inferri potest pro hac
sententiâ, sed cum Hippocrate potius Aphor. 1. l. 1.
dicendum, experimentum fallax, judicium difficile.

Obijciunt secundo, & præcipuè, aliam experien-
tiâ: constat, inquit, unam candelam æqualis planè
intensionis videri per flammam alterius, ergo per
flammas illam trajicit lucem, ergo lucem hujus can-
delæ intendit, cum intendere nihil aliud sit, quam
lucem luci addere in eadem parte subiecti. Quod ve-
rò lucem per alterius candelæ flammam trajiciat, est,
inquiunt, manifestum, nam ut videatur, emittere de-
bet speciem ad potentiam, & per totum medium,
alioqui dabitur actio in distans, ergo cum hæc can-
dela sit interjecta, per hujus etiam flammam debet
speciem trajicere: ulterius, sed species, inquit, non
distinguntur à lumine, vel saltem quicquid vide-

tur, non speciem tantum sed etiam lucem transmittit
ad oculum, ergo. Hoc est præcipuum hujus opi-
nionis fundamentum.

Contra: hoc enim probaret, non simile tantum
agere in simile, sed res etiam remississimas agere in
maximè intensas, & earum lucem augere. Quod sic
ostendo: sicut candela cernitur per flammam alte-
rius, ita res alia fulci coloris, quæque minimum in
se habet lucis, si post candelam statuat, per flam-
mam candelæ videbitur, imò lychnus ipse fuligino-
sus, quem candelæ flamma ambit, per hanc videtur:
& si lignum, aut lapis, vel aliud quidpiam subnigri
coloris (quod proinde minimum in se lucis continet)
in ignem conjiciatur, similiter per ignis flammam
videbitur, ergo lucem per illam trajicit, ergo lapis
ille & lignum fulcum flammæ ignis, lychnus fuligi-
nosus candelæ lucem intendit. Quod sanè creditu
admodum est difficile.

Ad argumentum itaque Respondeo, unam can-
delam per aliam sibi similem non trajicere lucem,
sed utramque junctis viribus constituere unicum
agens totale, ut mihi est evidens contingere dum plu-
res arenulæ, aut muscæ videntur à longè ut osten-
dam in libris de Anima, & plurimi affirmant de
duobus levantibus idem pondus, trahentibus cym-
bam &c. ex quo provenit, ut lucem ulterius, & in
majore intensione extra se producant, quàm singu-
la producerent sigillatim: multitudo enim partium,
ut constat, conducit ad agendum. Non tamen in se
invicem agunt, nec extra se lucem producant inten-
sionem eâ quam in se continent. Neque hinc sequi-
tur, dum candela remotior videtur per proximio-
rem, dari actionem in distans, licet candela illa per
viciniorum nec speciem, nec lucem trajiciat, nam ut
in Physicis ostendi d. 36. f. 2. n. 11. ad vitandum actio-
nem in distans, non requiritur ut agens agat per om-
ne id quod interponitur inter illud & effectum, sic
enim una pars ejusdem candelæ agere deberet in
aliam, medietas scilicet à visu remotior in medie-
tatem propinquiorem, sed sufficit quod nihil mediet
quod non sit vel agens, vel passum, ut hic contingit,
duæ enim hæc candelæ, ut dixi, constituunt, unum
agens totale.

Contra hoc insurgunt hujus opinionis patroni. &
aiunt, gratis, & contra experientiam dici duas il-
las candelas attemperare suum concursum, & in
unum agens totale coalescere: gratis, quia nulla
hujus rei ratio asserri potest: contra experientiam,
clare enim constat ex additione novæ candelæ non
remitti lumen alterius.

Ad primum resp. non gratis dici luminosa illa jun-
ctis viribus concurrere, id enim in aliis rebus passim
docent Philosophi, ut in exemplo proximè posito
arenularum, & de duobus vel tribus levantibus idem
pondus, nec enim unus levat unam partem ponderis,
alius aliam, sed quisque simul cum aliis levat totum.
Sic in præsentia, non producit una candela unam par-
tem lucis, alia aliam, sed utraque totam. Nec ulla
videtur ratio assignabilis, cur utraque candela hoc
modo concurrere non possit.

Ad secundum de experientia dico, non asserere
me ex appositione secundæ candelæ lumen prioris
remitti, sed, si sermo sit de lumine in ipsâ candelæ
flamma existente, assero ex adjunctione alterius can-
delæ nec augeri illud, nec minui: si verò loquamur
de lumine jam ab utraque candela in aère, aut alio
passo externo, chartâ scilicet, aut pariete, producto,
dico, hoc lumen esse intensius post adjunctionem
secundæ candelæ, quàm antè, nec dari tunc attem-
perationem concursus hoc sensu, quasi prima can-
dela minus fortiter operetur quàm antea, sed opera-
tur fortius: quo enim sunt plura agentia, eo effectus
est

*IV. Sequitur
res, quæ po-
tius habet
lucis, intra-
dere lucem
intensissi-
mam.*

*V. Una candela
lucem ad
oculum per
aliam non
trajicit, sed
unum cum
eâ agens to-
tale consti-
tuit.*

*VI. Dicunt
gratis affe-
mari cau-
delas illas
facere unum
agens totale.*

*VII. Ostenditur
id non dari
gratis.*

*VIII. Experientia
docet cande-
las illas
unum agens
totale consti-
tuere.*

est major, sicut quo plures partes plumbi, aut terræ sibi invicem conjunguntur, eo impetus & gravitatio est intensior, ac motus concitator.

IX. Tertiò & præcipue contra hoc quod dicimus duas illas candelas junctis viribus operari per modum unius agentis totalis, aliam experientiam opponunt, ut probent candelas illas operari singulas, seu diversas, & non simultaneo concursu, seu per modum unius. Tribus, inquit, lucernis (singularum lucem distinctionis gratiâ ponamus esse diversi coloris, rubri, viridis, & cærulei) obijciatur tabula in cuius medio sit foramen & diametro oppositum lucernæ rubræ, quæ inter tres sit media. In hoc casu tres hæ lucernæ per foramen illud tria diversa lumina in oppositum parietem trajicient, non confusè, & per modum unius, sed sigillatim, ita ut in pariete adverso non unum lumen mixtum, sed triplex diversum appareat, rubrum, cæruleum, viride, suæ quodque lucernæ correspondens.

X. Hoc argumentum est plausibile: puto tamen non difficulter solvi posse. Dico itaque tres illas lucernas, si non coëreantur, quo minùs quaquaversum radios suos versus latitudinem diffundant, in totâ parte aëris usque ad tabulam, & in foramine ipso concurrere per modum unius agentis totalis, nec operari sigillatim, ita ut lucerna rubra producat lumen rubrum, viridis viride, cærulea cæruleum, sed omnes tres conjunctæ concurrunt ad lucem producendam, quæ realiter & est rubra, & viridis, & cærulea, & singulæ partes intensiōis illius lucis omnia hæc tria prædicata in se identificata continent: sicut eadem visio frequenter est indivisibiliter visio albedinis & nigredinis, & plura objecta concurrunt ad speciem objectivè indivisibilem. De quo plura in libris de Anima.

XI. Dixi, si lucernæ non coëreantur quo minùs quaquaversum radios suos versus latitudinem diffundant: si enim, ut quandoque fit, ita vitris quibusdam cohibeantur, ut non nisi in foramine illo in medio tabulæ earum vis operativa conjungatur, ubi se interfecant, tunc illic primùm agunt per modum causæ totalis, & lucem tria illa prædicata seu colores identificatos continentem illic tantum producant.

XII. At verò lucem quam ex alterâ parte tabulæ per illud foramen producant, non efficiunt per modum unius causæ totalis, seu omnes unam, sed singulæ suam. Ratio est clata, tabula enim impedit quo minùs hoc modo concurrant, cum nullum punctum spatii vel parietis sit, à quo per foramen illud lineâ rectâ ad omnes tres, vel etiam ad duas ex illis candelis duci possit, unde nil mirum, si ex alterâ parte tabulæ operentur sigillatim.

SECTIO VII.

Objectiones contra heterogeneitatem graduum.

I. Obijcies primò: non loqui nos consequenter, qui qualitates quasdam, ut constat ex sec. secundâ, asserimus componi ex gradibus homogeneis, alias ex heterogeneis. Resp. nullam hic esse inconsequentiam, nec enim eadem necessariò esse debet omnium qualitatum compositio. Sicut quoddam res aliqua componantur ex materiâ & formâ, non sequitur debere omnes hoc modo componi, cum peculiaris esse possit ratio de quibusdam, quæ non reperitur in aliis. Unde, ut suprà videmus d. 3. de coelo f. 3. multi & graves auctores docent coelum hoc modo non componi, sed esse corpus simplex. Specialis ergo simili-

ter esse potest ratio, cur licet qualitates aliquæ sint homogeneæ, aliæ tamen componantur ex gradibus heterogeneis, ut ostendimus suprà sect. 3.

Obijcies secundò: ex opinione de heterogeneitate graduum sequi dari infinitum simpliciter, cum sint infinitæ partes, & una in perfectione aliam excedat, ergo quæ superat infinitas, quarum una est perfectior aliâ, erit in perfectione simpliciter infinita. Distinguo ultimum consequens, quæ superat infinitas determinatas & signabiles, concedo; infinitas proportionales, nego: sed solum est infinita secundum quid, & perfectione proportionali. Deinde, idem, quoad hoc, est in gradibus homogeneis, suppositâ opinione de compositione continui ex partibus & punctis, nam si sint infinitæ partes, & singulæ addant perfectionem, qualitas illa erit infinitè intensa. Idem etiam est quoad molem in quantitate, sicque non est hic peculiaris difficultas, cum excessus iste sit solum proportionalis, & indeterminatus, non determinatus, & simpliciter.

Obijcies tertiò argumentum Theologicum: ex nostrâ nimirum sententiâ sequi, per actum remissum cuiuscunque virtutis posse hominem mereri majus præmium, quàm per actum valde intensum charitatis: ponamus enim duos homines, quorum alter habeat gratiam ut sex, alter solum ut unum, hic eliciat actum charitatis ut tria, ille actum eleëmofynæ ut duo, prior solum habebit pro præmio gratiam ut quatuor, secundus gratiam ut septem, nam meretur aliquod præmium, ergo debet ipsi aliquid gratiæ dari; sed, quæcunque gratia datur, debet secundum hanc sententiam esse major sexto gradu, cum per hunc actum intendatur prior gratia, ergo per actum remissum merebitur quis plus, quàm alius per intensum.

Si dicantur gradus gratiæ esse similes, & intensiōnem in eâ fieri per partes homogeneas, quod suprà verius esse asseruimus de omnibus qualitatibus non operativis, & etiam de operativis æquivocè, cessat vis argumenti, ut constat. Sed quomodocunque fiat intensio in gratiâ, respondetur cum P. Suárez To. I. in 3. p. d. 4. sect. 4. concedendo totum: cuius ratio est, quia non ex merâ majori intensiōne actuum est spectandum meritum, sed ex dignitate etiam personæ: persona autem, quæ habet plus gratiæ, est dignior, & consequenter actus omnes ab ipsâ ut affectâ tali gratiâ procedentes, sunt digni majori præmio, cum dignificentur à gratiâ in animâ illius existente, ut ostendi d. 4. de Incar. f. 3. Unde quodvis opus meritorium, quod Christus in quantacunque remissione eliciisset, fuisset valoris & meriti simpliciter infiniti, ob gratiam scilicet personalem Verbi.

Quodd verò dignitas personæ plurimum conferat ad meritum, inde clarè videtur ostendi: nullus enim est qui non longè pluris facit obsequium sibi à Rege vel Principe præstitum, quàm à plebeio. Et hinc apertissimè etiam intelligitur quomodo Beatissima Virgo plus meruerit, quàm omnes sancti simul: quod scilicet in primo immaculatæ suæ Conceptionis instante, multo plus gratiæ sibi habuerit infusum, quàm alij sancti in primâ suâ sanctificatione.

Secundò respondetur cum P. Hurt. hic d. 5. sect. 6. n. 88. & 89. & idem docet P. Vasq. 1. 2. & alij. Deum semper punire citra, premiari ultra condignum: cum ergo nolit Deus ullum actum bonum, & in gratiâ elicicum carere præmio, & præmium huic actui proportionatum sit jam prius datum, dat illi præmium majus, quàm meretur, quod infinitam Dei bonitatem & liberalitatem commendat, qui potius multo majus præmium conferre vult ob actum aliquem remissum, quàm permittere ut sine præmio permaneat.

Obijcies

II. Compositio ex gradibus heterogeneis non arguit infinitum simpliciter.

III. Obij. sequi unum plus gratiæ mereri per actum remissum, quàm alium per intensum.

IV. Resp. concedendo actum remissum illius esse magis meritorium actus intensi aliterius.

V. Dignitas personæ plurimum conferat ad meritum.

VI. Deus punire citra, premiari ultra condignum.

VI.
Clara ratio
cur duo ca-
lida sit qua-
tuor, non
possint se
in vicem in-
terferere ad
summam.

At verò in nostrâ sententiâ statuente gradus he-
terogeneos, clarâ reddimus hujus experientie ra-
tionem à priori, cum enim septimus vel octavus
gradus sint entitativè perfectiores sexto, nunquam
possunt plura agentia calida tantum ut sex quan-
tumcunque multiplicentur, producere gradum septi-
mum, vel octavum, cum agens univocum æquare
debeat perfectionem effectus, & æquivocum supera-
re: duo autem, vel etiam centum sexti gradus nun-
quam possunt assurgere ad perfectionem septimi, sic-
ut nec centum lupi ad perfectionem leonis, aut cen-
tum columbæ ad perfectionem aquilæ. Unde, vel
hoc nomine præferenda est hæc sententia, quod
scientificè, & à priori procedat, & intellectui sa-
tisfaciat, quod in contraria sententiâ desideratur.

VII.
Sententia
reddens ra-
tionem ali-
cujus rei à
priori, est
alteri præ-
ferenda.

Dices; non exigitur à Philosopho ut cujusque rei
rationem reddat à priori, quæ enim ratio à priori
cur albedo non producat albedinem, sicut calor pro-
ducit calorem? Fateor non semper posse omnis ex-
perientie reddi rationem à priori. Dico tamen sen-
tentiam, quæ hoc faceret, rerumque naturas hæc
in parte penetraret, longè præferendam alteri, quæ
effectum quidem videre se dicit, causam tamen pen-
nitus se ignorare fateatur, & hæret quasi in cortice.

VIII.
Obij: nobis
etiam re-
currendum
esse ad ex-
perientias.

Urgebis cum P. Arriaga hic n. 54. etiam nobis
recurrendum esse ad naturas rerum, sicut enim ipsi
dicunt ideo non posse calidum ut sex producere ca-
lorem ut septem in passo sibi applicato, quia est na-
tura accidentis, ut non producat plures gradus in
passo externo, quam habeat in se; eandem ratio-
nem reddere debemus nos cur non producat tot gra-
dus in subiecto sibi proximo, quot habet in se.

IX.
Resp. nos
causam
assignare,
distantiam
scilicet ali-
quam passi
ab agente.

Resp. nos non ideo præcisè dicere agens aliquod
non tot gradus in subiecto externo producere, quot
habet in se, quia hæc est natura agentis, hoc enim
esset petere principium, & in idem recidere, quod
reprehendimus in contraria sententiâ Doctoribus:
sed ideo dicimus agens aliquod, ignem ex. g. non
tantum caloris producere in passo externo, quan-
tum in se, quia passum non est adeo benè applica-
tum, sed aliquantulum distat: Unde si esset subje-
ctum illud intimè penetratum cum igne, tantum in
eo caloris produceret ignis, quantum in se, ut osten-
di d. 7. f. 5. n. 4. & 5.

X.
Quod potest
gradum
aliquem in
passo remo-
tiori produ-
cere, poterit
in propin-
quo.

Instabis; ergo hanc etiam rationem poterit sen-
tentia astruens gradus homogeneos reddere, cur agens
calidum ut tria non possit plures gradus in passo si-
bi proximo producere, quia scilicet passum aliquan-
tulum distat. Nego consequentiam, potest enim
adhuc in passo remotiore, & minùs benè applicato
hujusmodi gradus producere, ergo à fortiori produ-
cere illos poterit in passo sibi proximo, & melius
applicato.

XI.
Quid re-
quiratur ut
agens non
possit disti-
milare sibi
passum.

Tandem respondebis cum P. Arriaga hic n. 54.
esse primum principium per se notum, non posse
amplius passum ab agente naturali intendi, quam
ut ipsi reddatur simile in specie qualitatis, & nu-
mero graduum. Contrà, si hoc sit primum princi-
pium, est etiam primum principium esse gradum
illum producendum ejusmodi, ut in his circumstan-
tiis superet virtutem causæ, cujus tamen contra-
rium hic est manifestum, cum illum ipsum gradum
producat in passo remotiore, & minùs benè appli-
cato, imò subinde in subiecto longè magis indispo-
sito, ut si calidum ut sex, ubi in aëre sibi proximo
produxit quatuor, vel quinque gradus caloris, ad-
huc unum vel alterum producat in nire, ad pal-
mum distante. Sicut quia est lumine naturæ notum
omne totum esse majus sua parte, ut hominem capite,
est eadem operâ notum lumine naturæ esse aliquid
in homine præter caput. Siquis verò dicat, hoc
non esse à Philosopho spectandum, sed crudè stan-

dum axiomati, mirum sanè is censeretur habere li-
men naturæ.

Recentiores ergo aliqui Philosophi graduum ho-
mogeneorum acerrimi defensores dicunt simile pos-
se agere in simile, idque variis experientis comper-
tum sibi esse affirmant: axioma proinde illud, ne-
quid ultra facebat negotij, rejiciunt. Rem hanc dis-
cutiemus sectionibus sequentibus.

SECTIO IV.

Utrum simile agere possit in simile.

Similitudo duplex est, specifica, & gradualis: prima
communis est tam substantiæ, quam accidenti-
bus; ignis enim specificè non minùs est similis igni,
aqua aquæ, leo leoni &c. quam calor calori, aut lux
luci. Similitudo gradualis propria est solum acci-
dentium, diciturque convenientiam in gradibus in-
tensionis. Calor ergo ut sex, & calor ut duo conve-
niunt in similitudine specificâ, non in graduâ:
calor ut sex, & frigus ut sex, in similitudine graduâ,
non specificâ: demum duo calores ut sex conve-
niunt in utraque: sicut & duæ albedines, impulsus,
siccitates, ac luces ut quinque, & sic de aliis.

Quæstio ergo præsens procedit de similitudine
graduâ: certum est enim similitudinem specificam
non ob stare in accidentibus, quo minùs simile agat
in aliud sibi hoc modo simile, calidum enim ut sex
agit in calidum ut tria, & novum in eo caloris gra-
dum producit. Dixi in accidentibus, in substantiis
enim substantialiter operantibus, simile non agit in
aliud simile similitudine specificâ, ut ignis in mate-
riam unâ formâ ignis informatam, non inducit
aliâ, quia materia non est capax simul duarum for-
marum substantialium. Quærimus ergo utrum cal-
lidum aut lucidum ut sex in passo sex gradus caloris,
aut lucis habente, possit adhuc unum gradum calo-
ris, aut lucis producere, & reddere illud calidum
aut lucidum ut septem.

Prima sententia affirmat calidum in materiâ den-
siori posse agere in aliud calidum in materiâ rariore,
licet quoad gradualem similitudinem utrumque sit
æquale, habeat ex. g. calorem ut sex: & hoc sensu di-
citur simile agere posse in simile. Ita Marsil. hic q.
18. Niphus c. 2. q. 2. Scotus l. 2. Phys. q. 4. & alij.
Ratio eorum est, constat enim, inquit, experientia
ferrum candens ita stupæ calorem intendere, ut con-
cipiat ignem, cum tamen ferrum ipsum non tam
intensum in se calorem habeat, sic enim haberet for-
mam ignis, ergo ferrum illud primò materiam stu-
pæ reddit sibi in intensione æqualem, postea supe-
riorem, sicque agit in simile.

Sed contrà: hæc experientia nihil probat; primò
enim dici potest, summum illum calorem in stupâ,
non à partibus ferri produci ultra gradus intensi-
onis quos ipsæ in se continent, sed à particulis ignis in po-
ris ferri latentibus, ut in Phys. dixi d. 1. f. 1. c. 3. n. 10.
Secundò dico, totum illum calorem stupæ produci
posse à partibus ferri, quæ propter majorem den-
sitatem & constipationem calorem illum vehementem
statim in stupâ producant, non tamen planè tantum
quantum habent in se. Idè autem convertitur stu-
pa in ignem, non verò ferrum, quia licet hoc plus
in se caloris habeat quam stupâ, minorem tamen ha-
bet raritatem, & alias dispositiones, quæ plurimum
ad ignem citò concipiendum conducunt.

Secunda sententia est aliorum qui inde probant si-
mile agere in simile, quod experientia, inquit, 2. Sent. 10.
constet eandem numero qualitatem in passo aliquo,
calorem ex. g. ut quatuor, se intendere, imò nonnun-
quam calor remissus ita se auget, ut per antiperista-

xii.

I.
Similitudo
duplex, gra-
dualis, &
specificâ.

Similitudo
graduâ:
est propria
accidentibus.

II.
Quærimus
an simile
graduâ
possit agere
in sibi
simile.

III.
1. Sent. 10.
calidum ut
quatuor sit
quatuor in
materiâ
densâ possit
agere in
calidum ut
quatuor in
materiâ
rarâ.

IV.
Cur fieri
convenit
in ignem
non verò
ferrum.

V.
2. Sent. 10.
eius simile
agere in
simili.

sim excitetur ignis, quod in scæno, impeditur ejus evaporatione, sæpè contingit; & idem evenire subinde asserunt in fimo columbæ.

VI. Quando sanum ignis, re fundendum est in causam aliquam universalem. P. Arriaga hic d. 3. f. 7. n. 12. 5. ait intensum illum calorem, seu dispositionem ad ignem produci à formis substantialibus, horum compositorum. Sed contrà, sic enim hæ formæ directè concurrerent ad destructionem sui. Probabilius ergo videtur refundendum potius hoc esse in cælum, aut aliquam ex causis universalibus, quæ sicut animalcula aliqua generant ex putri, disponendo prius materiam, in quâ inchoatum quoddam ad hoc temperamentum reperiunt; ita cum in his compositis inclusæ sint calidæ quædam exhalationes, peculiarem habentes aptitudinem, ut ad ignis introductionem disponantur, primo temperamentum ad ignem requisitum, & mox ipsam formam ignis in eorum materiam inducunt.

VII. De Reflexione dictum est in Physicis d. 3. f. 3. n. 9. & 10. nec opus est hic quidquam adjicere.

SECTIO V.

Alius modus defendendi simile posse agere in simile.

I. Lia hac in re sententia est quorundam recentiorum, qui intensiorem qualitatem statuentes in gradibus homogeneis, affirmant non simile tantum in materia densa agere in sibi omnino simile quoad gradus intensiōis in materia rarâ, sed passim contingere ut duo agentia æqualis omnino intensiōis, ac densitatis, vel raritatis, se invicem in calore, luce, & aliis hujusmodi qualitatibus intendunt.

II. Hæc sententia, quamvis à suis fautoribus accuratè tradatur, & expicetur, mihi nunquam visa est vera. Nihil autem præcipue quibusdam experientis, quæ cum, ut plurimum, ex vitris, & aliis hujusmodi lubricis rebus desumantur, vereor ut sint firmæ, ac solidæ. Certè non mihi tanti videntur, ut tot jam annis receptissima in scholis doctrina, quâ simile dicitur non posse agere in simile, labetactetur.

III. Impugnatur hæc sententia primò: si enim una candela æqualis planè intensiōis possit aliam intendere, ergo & una pars seu medietas ejusdem candelæ alterius lucem redderet intensiorem, sicut una pars magis intensa in aliam ejusdem agentis minus intensam sæpè agit, quo pacto manus amissum frequenter ex parte calorem à vicinis denuò partibus recipiunt: & si aqua frigida calidæ admisceatur, partes illæ, quamvis jam unitæ in se agunt, & reagent, ergo idem facient duæ partes æqualis intensiōis.

IV. Impugnatur secundo: sequitur enim duo vel tria luminosa ut quatuor, duas candelas ex. g. decuplo, imò centuplo plus lucis in se invicem producere, quàm in se habebant, quando primum applicabantur. Sequela probatur, agens omne secundum Philosophos effectum ferè æquè intensum in passio sibi vicino, & capace producere potest, ac habet in se, sed hic est subjectum vicinum, & capax, ergo. Minor probatur primò enim supponimus unam candelam esse alteri vicinam: quòd autem sit capax majoris lucis, probatur primò enim dicunt hi auctores de facto unam candelam alteri applicatam ejus lucem intendere, si autem semel concedatur posse quidquam agere in aliud simile, & sibi tantillum dissimulare passum, ac limites ab hoc axiomate, simile non agit in simile, præscriptos, transgredi, nulla est ratio cur plures ab agente illo gradus recipere nequeat. Deinde, maximam videmus diversitatem in

claritate inter lucernas, quæ proinde magnam lucis latitudinem patiuntur, sicque potest earum lux notabiliter intendi.

Quòd verò lucem suam ad invicem mirum in modum intenderent hæ lucernæ, sic ostendo: ubi primum tres candelæ A. B. C. habentes singulæ lucem ut quatuor, sibi applicantur, A tres gradus lucis producet in B. & in eadem totidem eodem instante producet C. nec enim est cur non tot gradus lucis in candela illâ producant, si subjectum sit capax, ut jam ostendimus esse, ac in alio quovis passio sibi applicato. Deinde lucerna B illo etiam instante in aliis duabus lucernis per quatuor suos primos gradus lucis producet similiter tres gradus, & per alios sex gradus quos ab iis tunc recepit, producet etiam eodem instante reali, in posteriore tamen naturâ, in singulis alios quinque, cum hi gradus non sint minùs activi prioribus, & hoc modo actione reciproca, dando scilicet lucem, & accipiendo mirum in modum intensiōem suam augebunt, ut consideranti patebit. Hoc inquam sequitur ex hac sententiâ, cum tamen sit aperte contra omnem experientiam.

Dices; non sequitur hujusmodi lucis augmentum. Agentia enim illa vires suas impendunt in gradum jam productorum conservatiōe; unde ultra tres primos gradus, quos in sese invicem produxerunt, non possunt quidquam postea in lucernis illis producere. Contrà, non dico gradus illos sequentes produci à quatuor primis, hi enim priores illos tantum sex gradus producant, quos postea, quamdiu præsentis sunt, conservant. Dico itaque gradus sequentes à sex illis de novo productis effici, hi enim in nullius gradus conservatiōe vires suas adhuc impenderunt.

Ut hujus argumenti vim declinent, dicunt aliqui luminosum, etiam ut octo non producere lucem ut sex, vel septem, in passio vicino, ut nos opinamur (idem proportionem servatâ asserunt de aliis luminosis minoris intensiōis) imò aiunt luminosum ut octo raro extra se producere millesimam partem suæ intensiōis.

Contrà primò: hoc enim est contra communem Philosophorum sententiam, qui uno ore affirmant luminosum aliquod, non millesimam solum lucis suæ partem in passio sibi proximo producere, sed lucem sibi ferè in intensiōe parem. Contrà secundo: experientia ipsa reclamatur, quæ, vel oculis testibus, multò clariùs probat luminosum ut octo, plus quàm millesimam, vel etiam centesimam lucis suæ partem in subjecto sibi proximo producere, quàm prober simile agere in simile, & unam candelam intendere lucem alterius sibi in gradibus intensiōis omnino æqualis: si enim quis chartam, aut manum, vel aliud quidpiam candelæ alicui admoveat, intensam in iis lucem productam videbit. Contrà tertio & præcipue, sitque

Secunda impugnatio hujus sententiæ: si luminare aliquod lucidum ut octo in passio sibi appposito non producat, nisi millesimam partem suæ lucis, ergo similiter calidum ut octo, seu octo gradus caloris in igne, non producent in subjecto sibi proximo nisi millesimam partem sui caloris; sed hoc videtur manifestè falsum, ergo. Major videtur certa lux enim, ut constat, est multò magis activa, quàm calor, maximè cum hic inveniat contrarium, non illa.

Minor itaque, quòd scilicet falsum sit octo gradus coloris in igne non producere nisi millesimam partem sui caloris in passio sibi applicato, probatur: primò enim calor ignis in aquâ ebulliente non solum plus quàm millesimam sui partem, sed calorem

V. Offenditur res lucernas actione reciproca lucem suam invicem mirum in modum augere.

VI. Dicunt non posse ulterius lucernas illas lucem producere quia jam productam conservant. Respondetur.

VII. Dicunt alii quod luminosum non producat extra se mille simam partem suæ lucis.

VIII. Est contra experientiam candelam non producere extra se millesimam partem suæ lucis.

IX. Sequetur calorem ut octo, non producere extra se nisi millesimam partem sui caloris.

X. Calor ut septem vel octo, calorem intensum extra se producit.

valde intensum producit, sibi que ferè in intensio-
ne æqualem; eisdem enim ferè habet effectus, ma-
num enim torquet, cibos coquit, & similia, ergo
negari nequit quò habeat intensum calorem. Digi-
tum aquæ illi tantisper inferant, videbunt utrum
millesimam tantum caloris sui partem in eo produ-
cat. Deinde, si calor, aut siccitas ut octo millesimam
tantum sui partem in passo externo producat, mil-
lesima tantum pars frigoris, aut humiditatis expel-
letur, sicque in omni re erit millies plus frigoris &
humiditatis, quàm caloris, & siccitatis, quod tamen
est apertè contra experientiam, nec ab ullo admitti
potest. Tertio, dispositio ad ignem, etiam in primâ
productione, est calor intensus, ut septem ex.g. vel
circiter, ergo calor in igne potest calorem ut septem
producere in passo sibi approximato, cum possit il-
lud disponere ad ignem.

*Ignis pas-
sum dispo-
nit ad ignem,
ergo plus
quàm mil-
lesimâ par-
tem sui ca-
loris in eo
producit.*

XI. Hinc infero, si argumentum supra positum nu. 5.
Si simile a-
gere possit in
simile, tria
calida ut
quatuor in-
tendunt se
ad summâ.
formetur in tribus calidis ut quatuor, vel sex, habi-
turum majorem vim, cum hic clarum sit posse illa
calida non solum plus quàm millesimam sui caloris
partem in se invicem producere, sed gradus etiam
aliquos, & calorem intensum, ut jam ostensum est.
Primo ergo ponamus tria illa calida ut quatuor vel
sex conservari sine ullâ admixtione frigoris, ut divi-
nitus possunt, tunc statim gradus aliquot caloris in
se invicem producent, & illi alios, & sic statim inten-
dent se ad summum, ut n. illo 5. diximus; eadem
enim tunc de illis ratio est, ac de luminosis. Si autem
existant modo connaturali, seu cum admixtione ali-
quot graduum frigoris, poterunt etiam tot gradus
caloris in se invicem producere, quamvis lentius,
ratione contrarij expellendi.

SECTIO VI.

Argumenta contententia simile posse agere in simile.

I. Obijciunt primò: duæ candelæ ejusdem planè
intensionis juxta se positæ clarioræ apparent,
quod, inquit, vel oculis discerni potest, ergo suam
invicem lucem intendunt, & simile agit in simile.

*Obij. duas
candelas,
juxta se po-
sitas appa-
rere clario-
res.*

II. Sed contra: mirum est hanc experientiam asserti
tanquam ad oculum patentem, cum plurimi ocu-
lati testes, & qui rem hanc sedulo explorarunt, nihil
unquam se hujusmodi in candelis juxta se collocatis
advertisse affirmant, aut uni ex præsentia alterius ul-
lam factam esse lucis accessionem. Unde P. Arriaga
d. 3. Gen. f. 7. ait esse manifestum, facis accensæ lu-
cem, à facibus aliis circumcirca positis, non augeri:
& addit, se hujus rei ex proposito experientiam fecis-
se, candelis proximè sibi invicem collocatis, nec
advertere ullo modo potuisse unius lucem ex appo-
sitione alterius candelæ fuisse ullo modo auctam.
Quare ex hac experientia nihil inferri potest pro hac
sententiâ, sed cum Hippocrate potius Aphor. I. l. i.
dicendum, experimentum fallax, judicium difficile.

*Experientia
candelarum,
quæ juxta
se ponuntur,
est hac in re
nulla.*

III. Obijciunt secundo, & præcipue, aliam experien-
tiam: constat, inquit, unam candelam æqualis pla-
nè intensionis videri per flammam alterius, ergo per
flammam illam trajicit lucem, ergo lucem hujus can-
delæ intendit, cum intendere nihil aliud sit, quam
lucem luci addere in eadem parte subjecti. Quod ve-
rò lucem per alterius candelæ flammam trajiciat, est,
inquit, manifestum, nam ut videatur, emittere debet
speciem ad potentiam, & per totum medium,
alioqui dabitur actio in distans, ergo cum hæc can-
dela sit interjecta, per hujus etiam flammam debet
speciem trajicere: ulterius, sed species, inquit, non
distinguntur à lumine, vel saltem quicquid vide-

tur, non speciem tantum sed etiam lucem transmit-
tit ad oculum, ergo. Hoc est præcipuum hujus opi-
nionis fundamentum.

IV. Contra: hoc enim probaret, non simile tantum
agere in simile, sed res etiam remississimas agere in
maximè intensas, & earum lucem augere. Quod sic
ostendo: sicut candela cernitur per flammam alte-
rius, ita res alia fulci coloris, quæque minimum in
se habet lucis, si post candelam statuat, per flam-
mam candelæ videbitur, imò lychnus ipse fuligino-
sus, quem candelæ flamma ambit, per hanc videtur:
& si lignum, aut lapis, vel aliud quidpiam subnigri
coloris (quod proinde minimum in se lucis continet)
in ignem conjiciatur, similiter per ignis flammam
videbitur, ergo lucem per illam trajicit, ergo lapis
ille & lignum fulcum flammæ ignis, lychnus fuligi-
nosus candelæ lucem intendit. Quod sanè creditu
admodum est difficile.

*Sequitur
res, quæ
lum habet
lucis, intra-
dere lucem
intensissi-
mam.*

V. Ad argumentum itaque Respondeo, unam can-
delam per aliam sibi similem non trajicere lucem,
sed utramque junctis viribus constituere unicum
agens totale, ut mihi est evidens contingere dum plu-
res arenulæ, aut muscæ videntur à longè ut ostend-
dam in libris de Anima, & plurimi affirmant de
duobus levantibus idem pondus, trahentibus cym-
bam &c. ex quo provenit, ut lucem ulterius, & in
majore intensione extra se producant, quàm singu-
la producerent sigillatim: multitudo enim partium,
ut constat, conducit ad agendum. Non tamen in se
invicem agunt, nec extra se lucem producant inten-
sionem eâ quàm in se continent. Neque hinc sequi-
tur, dum candela remotior videtur per proximio-
rem, dari actionem in distans, licet candela illa per
viciniorum nec speciem, nec lucem trajiciat, nam ut
in Physicis ostendi d. 36. f. 2. n. 11. ad vitandum actio-
nem in distans, non requiritur ut agens agat per om-
ne id quod interponitur inter illud & effectum, sic
enim una pars ejusdem candelæ agere deberet in
aliam, medietas scilicet à visu remotior in medie-
tatem propinquirem, sed sufficit quod nihil mediet
quod non sit vel agens, vel passum, ut hic contingit,
duæ enim hæc candelæ, ut dixi, constituunt, unum
agens totale.

*Vna candela
lucem ad
oculum per
aliam non
trajicit, sed
unum cum
eâ agens
totale consti-
tuit.*

VI. Contra hoc insurgunt hujus opinionis patroni. &
aiunt, gratis, & contra experientiam dici duas il-
las candelas attemperare suum concursum, & in
unum agens totale coalescere: gratis, quia nulla
hujus rei ratio afferri potest: contra experientiam,
clare enim constat ex additione novæ candelæ non
remitti lumen alterius.

*Dicunt
gratias affe-
mari cau-
delas illas
facere totum
agens totum.*

Ad primum resp. non gratis dici luminosa illa jun-
ctis viribus concurrere, id enim in aliis rebus passim
docent Philosophi, ut in exemplo proximè posito
arenularum, & de duobus vel tribus levantibus idem
pondus, nec enim unus levat unam partem ponderis,
alius aliam, sed quisque simul cum aliis levat totum.
Sic in præsentia, non producit una candela unam par-
tem lucis, alia aliam, sed utraque totam. Nec ulla
videtur ratio assignabilis, cur utraque candela hoc
modo concurrere non possit.

*Ostenditur
id non esse
gratium.*

VII. Ad secundum de experientia dico, non asserere
me ex appositione secundæ candelæ lumen prioris
remitti, sed, si sermo sit de lumine in ipsâ candelâ
flammâ existente, assero ex adjunctione alterius can-
delæ nec augeri illud, nec minui: si verò loquamur
de lumine jam ab utraque candela in aëre, aut alio
passo externo, charrà scilicet, aut pariete, producto,
dico, hoc lumen esse intensius post adjunctionem
secundæ candelæ, quàm antè, nec dari tunc attem-
perationem concursus hoc sensu, quasi prima can-
dela minus fortiter operetur quàm antea, sed opera-
tur fortius: quo enim sunt plura agentia, eo effectus
est

*VIII.
Experientia
docet candela-
las illas
unum agens
totale esse
sejuncte.*

est major, sicut quo plures partes plumbi, aut terræ sibi invicem conjunguntur, eo impetus & gravitatio est intensior, ac motus concitator.

IX. Tertiò & præcipue contra hoc quod dicimus duas illas candelas junctis viribus operari per modum unius agentis totalis, aliam experientiam opponunt, ut probent candelas illas operari singulas, seu diversas, & non simultaneo concursu, seu per modum unius. Tribus, inquit, lucernis (singularum lucem distinctionis gratiâ ponamus esse diversi coloris, rubri, viridis, & cærulei) obijciatur tabula in cuius medio sit foramen è diametro oppositum lucernæ rubræ, quæ inter tres sit media. In hoc casu tres hæ lucernæ per foramen illud tria diversa lumina in oppositum parietem trajiciant, non confusè, & per modum unius, sed sigillatim, ita ut in pariete adverso non unum lumen mixtum, sed triplex diversum appareat, rubrum, cæruleum, viride, suæ quodque lucernæ correspondens.

X. Hoc argumentum est plausible: puto tamen non difficulter solvi posse. Dico itaque tres illas lucernas, si non coëreantur, quo minùs quaquaversum radios suos versus latitudinem diffundant, in totâ parte aëris usque ad tabulam, & in foramine ipso concurrere per modum unius agentis totalis, nec operari sigillatim, ita ut lucerna rubra producat lumen rubrum, viridis viride, cærulea cæruleum, sed omnes tres conjunctæ concurrunt ad lucem producendam, quæ realiter & est rubra, & viridis, & cærulea, & singulæ partes intensiōis illius lucis omnia hæc tria prædicata in se identificata continent: sicut eadem visio frequenter est indivisibiliter visio albedinis & nigredinis, & plura objecta concurrunt ad speciem objectivè indivisibilem. De quo plura in libris de Anima.

XI. Dixi, si lucernæ non coëreantur quo minùs quaquaversum radios suos versus latitudinem diffundant: si enim, ut quandoque fit, ita vitris quibusdam cohibeantur, ut non nisi in foramine illo in medio tabulæ earum vis operativa conjungatur, ubi se interfecant, tunc illic primùm agunt per modum causæ totalis, & lucem tria illa prædicata seu colores identificatos continentem illic tantum producant.

XII. At verò lucem quam ex alterâ parte tabulæ per illud foramen producant, non efficiunt per modum unius causæ totalis, seu omnes unam, sed singulæ suam. Ratio est clara, tabula enim impedit quo minùs hoc modo concurrant, cum nullum punctum spatij vel parietis sit, à quo per foramen illud lineâ rectâ ad omnes tres, vel etiam ad duas ex illis candelis duci possit, unde nil mirum, si ex alterâ parte tabulæ operentur sigillatim.

SECTIO VII.

Objectiones contra heterogeneitatem graduum.

I. Obijcies primò: non loqui nos consequenter, qui qualitates quasdam, ut constat ex sec. secundâ, asserimus componi ex gradibus homogeneis, alias ex heterogeneis. Resp. nullam hic esse inconsequentiam, nec enim eadem necessariò esse debet omnium qualitatum compositio. Sicut quoddam res aliquæ componantur ex materiâ & formâ, non sequitur debere omnes hoc modo componi, cum peculiaris esse possit ratio de quibusdam, quæ non reperitur in aliis. Unde, ut suprà videmus d. 3. de celo f. 3. multi & graves auctores docent cælum hoc modo non componi, sed esse corpus simplex. Specialis ergo simili-

ter esse potest ratio, cur licet qualitates aliquæ sint homogeneæ, aliæ tamen componantur ex gradibus heterogeneis, ut ostendimus suprà sect. 3.

Obijcies secundò: ex opinione de heterogeneitate graduum sequi dari infinitum simpliciter, cum sint infinitæ partes, & una in perfectione aliam excedat, ergo quæ superat infinitas, quarum una est perfectior aliâ, erit in perfectione simpliciter infinita. Distinguo ultimum consequens, quæ superat infinitas determinatas & signabiles, concedo; infinitas proportionales, nego: sed solum est infinita secundum quid, & perfectione proportionali. Deinde, idem, quoad hoc, est in gradibus homogeneis, suppositâ opinione de compositione continui ex partibus & punctis, nam si sint infinitæ partes, & singulæ addant perfectionem, qualitas illa erit infinitè intensâ. Idem etiam est quoad molem in quantitate, sicque non est hic peculiaris difficultas, cum excessus iste sit solum proportionalis, & indeterminatus, non determinatus, & simpliciter.

Obijcies tertiò argumentum Theologicum: ex nostrâ nimirum sententiâ sequi, per actum remissum cujusvis virtutis posse hominem mereri majus præmium, quàm per actum valde intensum charitatis: ponamus enim duos homines, quorum alter habeat gratiam ut sex, alter solum ut unum, hic eliciat actum charitatis ut tria, ille actum eleemosynæ ut duo, prior solum habebit pro præmio gratiam ut quatuor, secundus gratiam ut septem, nam meretur aliquod præmium, ergo debet ipsi aliquid gratiæ dari; sed, quæcunque gratia datur, debet secundum hanc sententiam esse major sexto gradu, cum per hunc actum intendatur prior gratia, ergo per actum remissum merebitur quis plus, quàm alius per intensum.

Si dicantur gradus gratiæ esse similes, & intensiōem in eâ fieri per partes homogeneas, quod suprà verius esse asseruimus de omnibus qualitatibus non operativis, & etiam de operativis æquivocè, cessat vis argumenti, ut constat. Sed quomodocunque fiat intensio in gratiâ, responderetur cum P. Suarez To. I. in 3. p. d. 4. sect. 4. concedendo totum: cujus ratio est, quia non ex merâ majori intensiōe actuum est spectandum meritum, sed ex dignitate etiam personæ: persona autem, quæ habet plus gratiæ, est dignior, & consequenter actus omnes ab ipsâ ut affectâ tali gratiâ procedentes, sunt digni majori præmio, cum dignificentur à gratiâ in animâ illius existente, ut ostendi d. 4. de Incar. f. 3. Unde quodvis opus meritum, quod Christus in quantacunque remissione eliciisset, fuisset valoris & meriti simpliciter infiniti, ob gratiam scilicet personalem Verbi.

Quoddam dignitas personæ plurimum conferat ad meritum, inde clarè videtur ostendi: nullus enim est qui non longè pluris facit obsequium sibi à Rege vel Principe præstitum, quàm à plebeio. Et hinc apertissimè etiam intelligitur quomodo Beatissima Virgo plus meruerit, quàm omnes sancti simul: quod scilicet in primo immaculæ suæ Conceptionis instante, multo plus gratiæ sibi habuerit infusum, quàm alij sancti in primâ suâ sanctificatione.

Secundò responderetur cum P. Hurt. hic d. 5. sect. 6. n. 88. & 89. & idem docet P. Vasq. 1. 2. & alij. Deum semper punire citra, premiari ultra condignum: cum ergo nolit Deus ullum actum bonum, & in gratiâ elicium carere præmio, & præmium huic actui proportionatum sit jam prius datum, dat illi præmium majus, quàm meretur, quod infinitam Dei bonitatem & liberalitatem commendat, qui potius multo majus præmium conferre vult ob actum aliquem remissum, quàm permittere ut sine præmio permaneat.

Obijcies

II.

Compositio ex gradibus heterogeneis non arguit infinitum simpliciter.

III.

Obj. sequi unum plus gratiæ mereri per actum remissum, quàm alium per intensum.

IV.

Resp. concedendo actum remissum illius esse magis meritum actus intensi aliterius.

V.

Dignitas personæ plurimum confert ad meritum.

VI.

Deus punire citra, premiari ultra condignum.

VII.

*Res diversæ
speciei in-
complete
possunt in-
ter se uniri.*

*Quomodo
hi gradus
uniantur
subjecto, &
inter se.*

Objicies quartò: res diversæ speciei non possunt inter se uniri, & continuari, ergo nec hæ partes qualitatium. Respondetur distinguendo antecedens, res diversæ speciei completæ, & quæ invicem non ordinantur ad constituendum unum totum, non possunt continuari, concedo antecedens; res diversæ speciei incompletæ, & quæ ordinantur ad constituendum unum tertium, nego: sicut multi ex adversariis concedunt de partibus heterogeneis formarum perfectiorum viventium, ut sunt caput, collum, pectus equi, aut leonis: has enim partes videmus inter se continuari ad constituendum unum animal. Ununtur verò hi omnes gradus immediatè eidem parti subjecti, non tamen immediatè sibi, sed octavus gradus unitur tantum septimo, septimus octavo & sexto, & sic de cæteris.

VIII.

*Ex eo quòd
gradus sint
heterogenei,
nulla se-
quitur su-
perfluitas.*

Objicies quintò: si gradus sint heterogenei, sequeretur, superfluum esse primum adveniente secundo, & secundum adveniente tertio, & consequenter debere, his advenientibus, perire, cum natura, ut suppeditat necessaria, ita abhorreat superflua. Sequela probatur, tertius enim gradus est perfectior primo, & secundo, ergo illi sunt superflui, cum quidquid possit præstare primus, possit tertius, & idem est de aliis omnibus gradibus, sicque adveniente octavo, alij omnes debent perire. Resp. ut aliquid non sit otiosum, vel superfluum, sufficit quòd ulli muneri deserviat, hic autem gradus inferiores, cum sint naturaliter subordinati superioribus, sunt aliquo modo dispositiones ad illos, sicut quantitas est aliquo modo dispositio ad alia accidentia, primæ qualitates ad secundas, diaphaneitas ad lucem &c.

IX.

*Ostenditur
ulterius in
gradibus
heterogeneis
nullam esse
superfluita-
tem.*

*Gradus in-
feriores
concurrunt
cū superio-
ribus ad va-
rios effectus.*

Dices, quare tamen sunt dispositiones activæ, cum nihil agant; totum enim quod potest primus, vel secundus, potest tertius. Resp. primò, est, pro præsentia nihil agerent gradus illi, adhuc non esset superflua eorum activitas: sicut juxta adversarios licet lux non producat calorem in præsentia caloris, adhuc non est superflua in luce virtus caloris productiva, quia potest illam producere in absentia agentis calidi. Sic in præsentia, ubi destructi fuerint gradus superiores, operari poterunt inferiores. Et hoc expedit bono, tum universi, tum illius subjecti in quo sunt hæ qualitates, ut nimirum possint agere in sua contraria, & se usque ad ultimum defendere, quod tamen non possent si unus tantum esset gradus activus in subjecto, si enim, eo ablato, nullas haberet vires ad resistendum contrariis. Secundo dico, etiam dum adsunt alij gradus, operari hos & concurrere simul cum gradibus superioribus ad gradus illos quos possent producere si essent soli, & sine gradibus superioribus, juvant enim gradus superiores ad illos gradus citius, & in majori distantia producendos: sicut enim multitudo partium in diversis subjectis hoc præstat, ita & multitudo graduum in eodem.

X.

*Duo intel-
lectus non
possunt esse
in eadem
animâ.*

Et hinc clare solvitur quod objiciunt aliqui, nihil præstare posse unum intellectum imperfectum quod non possit præstare perfectior, ergo adveniente perfectiore intellectu, deberet prior cessare. Resp. enim non posse concurrere simul duos intellectus ad eundem actum, vel saltem non juvare quidquam ad actum illum majori celeritate eliciendum. Imò retorqueri potest argumentum, duo intellectus æqualis perfectionis non possunt esse in eadem animâ, ergo nec duo gradus caloris æquales in eodem sub-
jecto.

XI.

*Cur non
possit anima
vegetativa
esse simul
cum ratio-
nali.*

Refellitur etiam quod objici solet, adveniente animâ rationali in materiam, perire animam vegetativam, siqua antea fuisset in illâ materiâ, quia nimirum esset superflua. Hoc, inquam, primò retorquetur, nam non minùs repugnat esse simul duas

animas rationales ejusdem omnino rationis, quàm animam vegetativam simul cum rationali, quæ etiam est vegetativa, ergo nec poterunt duo gradus similes & homogenei esse simul in eodem subjecto: quod tamen affirmant adversarij. Ratio ergo cur non possit anima vegetativa esse simul cum rationali est, quia nec est dispositio ad illam, cum dispositiones sint accidentia, nec alij usui deserviret, quidquid enim præstare posset anima rationalis cum hac formâ, posset sine illâ; idque æquè commodè, cum anima rationalis sit formaliter vegetativa: gradus autem inferiores, ut dixi, juvant superiorem ad effectus celerius, & in majori distantia producendos.

S E C T I O V I I I.

*Alia quadam argumenta contra composi-
tionem qualitatum ex gradibus he-
terogeneis.*

Objicit sextò P. Arriaga hic d. 3. f. 3. n. 75. si plures partes lucis omnino similes ponerentur in eadem parte subjecti, plus lucis producerent in aëre vicino, & perfectiorem speciem, ac visionem in oculo, sicque major lux perciperetur in illo objecto, quàm si ibi non essent tot primi gradus lucis, ergo ex eo quòd modò appareat major lux in aëre, non rectè quis intulerit esse ibi plures gradus inæquales, seu heterogeneos, cum homogenei ad hoc sufficiant.

Resp. hoc argumentum in meis principiis nullam habere vim; non enim inde infero, calorem, lucem, & alias qualitates operantes univocè componi ex gradibus heterogeneis, quia major lux aut calor in subjecto aliquo percipitur, sed ob incommoda quæ sequerentur si componerentur ex gradibus homogeneis, ut ostendi suprà sec. tertiam.

Objicit idem septimò, n. 80. liquor aliquis perfectè ruber producit perfectam speciem ruboris in oculo, si tamen admisceatur aqua, minùs perfectam producit speciem, & non videtur adeò ruber, ergo intensio non fit per gradus perfectionis; sed solum per additionem graduum similium in eadem parte subjecti.

Huic objectioni respondent quidam, per admixtionem aquæ destrui aliquos gradus intensiois illius rubri coloris, & propterea, inquit, minùs movet visum. Sed contra hoc est, nam aqua nullum in se habet colorem nec apparet quare non possit manere permixta colori rubro, quin partem illius destruat. Deinde, affirmant multi si aqua misceretur vino, posse artificio quodam extrahi denuò totam aquam, & tunc vinum apparet ejusdem planè coloris atque apparebat ante admixtionem aquæ.

Hoc etiam argumentum in meâ sententiâ non urget, qui non inde deduco qualitatem componi ex gradibus heterogeneis, quia apparet major quàm antea, sed ob alias causas allatas sec. tertiam. Resp. tamen idè in hoc casu rubedinem in liquore illo rubro non ita perfectam sui speciem in oculo producere, quia per interpositionem aquæ partes vini magis à se invicem separantur, quo autem partes alicujus agentis magis inter se uniantur, fortius agunt. Sic in ferro calefacto non est tam intensus subinde calor, atque in aëre, vel flammâ, & tamen calor ille est activior, & effectum citius producit, ac magis sentitur in manû applicatâ, quàm flamma, quæ tamen habet in se calorem penè in summo. Sic aqua magis humectat quàm aër, est hujus humiditas fit intensior, quia scilicet partes aquæ sunt magis inter se constipatæ.

S E C T I O

SECTIO IX.

Reliqua circa intensiorem qualitatum.

I. Quæres primò, utrùm certus sit statuendus numerus graduum; an intendi qualitates possint ulterius, & ulterius in infinitum? Quod aliis terminis proponi solet, an in intensiōe qualitatum detur maximum? Resp. quoad qualitates supernaturales, gratiam, lumen gloriæ, actus & habitus fidei, spei, charitatis, &c. posse eas intendi in infinitum. Quia non est ex quo capite limitentur, non ex parte efficientis, cum causa efficiens sit solus Deus, non ex parte subiecti; cum recipiantur in potentia illius obedientiæ; nec demum ex parte objecti; cum Deus sit magis ac magis cognoscibilis, amabilis, & participabilis in infinitum.

II. Quoad alias qualitates, videtur necessariò statuendus certus aliquis, & determinatus numerus graduum, in qualitatibus saltem activis, quæ habent contrarium, ut in quatuor primis: & licet vocari potuisset duodenarius numerus, vel vigesimus, aut etiam fortasse centesimus; communiter tamen à Philosophis claritatis gratiâ vocatur octonarius. Ratio hujus est, quia primus gradus frigoris ex naturâ suâ expellit ultimum seu supremum, & perfectissimum caloris, habetque cum eo peculiarem repugnantiam, ergo debet esse aliquis hujusmodi gradus supremus determinatus, cum quo ipsi intercedat hæc oppositio, & quem determinatè expellat: quod tamen fieri ex ipsis harum qualitatum naturis non posset, si nullus esset determinatus numerus graduum, ut constat, nec enim determinata oppositio reperiri potest, nisi inter gradus determinatos, & determinatè sibi repugnantes.

III. Dixi, in qualitatibus quæ habent contrarium, nam in luce videntur posse plures, & plures gradus superaddi naturaliter in infinitum: primò enim hic non est illa determinata oppositio inter gradus, cum lux non habeat contrarium. Secundò, subiectum non est limitatum ad octo solum gradus; subiecta enim quæ hoc modo limitantur ad certum numerum graduum, sicut habere non possunt plures, ita nec determinato illo numero carere. Sic materia prima, quæ est capax unius solum formæ, debet semper unam habere. Sic mixta omnia habere debent octo gradus vel frigoris vel caloris; at verò videmus aerem nunc habere plus, nunc minus, nunc nihil lucis, ergo non est illi præfixus certus numerus graduum lucis, sed potest plures & plures habere in infinitum. Idem videtur de impetu, imò de amore & odio circa idem objectum, hic enim licet sit oppositio, non tamen est peculiaris illa respondentia in gradibus, cum quivis maximè remissus actus odij expellat intensissimum amoris, & è contrâ.

IV. Quæres secundò, utrùm qualitates naturales habentes contrarium, possint saltem divinitus augeri in infinitum? Non est quæstio utrùm possit Deus qualitates hæc augere addendo novos gradus similes prioribus, ut decem alios gradus ut octo, ut septem, ut sex &c. de hoc enim non est dubium, sed utrùm divinitus sint possibiles plures gradus heterogenei supra octavum, ut nonus, decimus, &c. qui licet naturaliter uniri his non possint, possint tamen

supernaturaliter in igne, aquâ, ferro &c. Resp. posse qualitates illas hoc modo augeri supernaturaliter in infinitum. Ratio est, quia non apparet ex quo capite id repugnet; nec ex parte agentis, agens enim est ipsemet Deus; nec ex parte subiecti, quia solum obedientialiter eos recipit; nec demum ex parte ipsius qualitatis, quidni enim intendi ulterius & ulterius poterit in infinitum, sicut extendi?

In his autem gradibus supra octavum non est illa peculiaris oppositio inter aliquos gradus determinatos, cum nullus sit supremus in ordine ad divinam potentiam, cui alius determinatè opponatur. Idem etiam dico de minimo, nempe qualitates istas non habere minimum in intensiōe, sed posse in minore & minore intensiōe produci in infinitum.

VI. Quæres tertio quibus rebus competat intensio? Actioni productivæ qualitatis intensibilis videtur eodem modo competere intensio, ac qualitati ipsi quam producit, cum ut quo videatur habere tot gradus, atque illa ut quod. In quantitate reperiri non posse intensiōem videtur clarum; intensio quippe fieri debet in eadem parte subiecti, quantitas autem naturaliter perit habere partes extra partes, easque impenetrabiles: cum ergo duæ partes quantitatis non possint esse naturaliter in eodem loco, multò minùs in eodem subiecto.

VII. Ubicatio etiam, & duratio non intenduntur vel remittuntur; nec enim unus homo magis aut minùs est in hoc loco, aut tempore quàm alius, si uterque in illo existat: nec aliunde ulla apparet ratio cur intendatur, sicut apparet in actione productivâ qualitatis intensibilis; quod enim una res difficilius moveatur loco quàm alia, non provenit ex ubicatione præcisè, sed vel ex majore pondere, vel virtutè resistitivâ seu majoribus viribus, quibus propellenti activè resistit. Quid de relatione dicendum sit, pendet ab illâ quæstione, utrùm Relatio distinguitur à fundamento & termino: de quo suo loco.

Præcipua ergo difficultas est de formâ substantiali, quam licet omnes ferè Philosophi cum Aristotele cap. de substantia dicant, sicut & omnem aliam substantiam, non suscipere magis & minùs, in assignandâ tamen ratione non parum eos laborare video. Ratio ergo assignari potest primò, quia substantia est quasi basis, & fundamentum rei, ac proinde licet alia, quæ ipsi accidunt, intendi possint, & remitti, non tamen ipsa forma substantialis, sed omninò eadem manere semper debet firma ac stabilis. Deinde, non aliam ob causam assignamus intensiōem in qualitatibus, nisi quia quotidiana ad hoc experientia cogimur: nihil autem ad hoc cogit in forma substantiali. Præterea anima rationalis posset intendi; si enim hoc ipsi non repugnet ex conceptu formæ substantialis, ex nullo certè capite repugnet; nam non ex eo quod sit spiritus, qualitates enim spirituales intenduntur, & remittuntur.

IX. Quæres quartò, quomodo uniantur gradus intensiōis? Resp. quoad unionem cum subiecto, singulæ partes intensiōis uniantur totidem unionibus distinctis quot sunt partes: si enim omnes unicâ unionem subiecto unirentur, quoties minima pars destrueretur, periret etiam unio omnium aliarum partium. Quomodo verò gradus uniantur inter se, dictum est supra sec. septimâ, A. septimo.

DISPU-

DISPUTATIO XI.

De Rarefactione, & Condensatione.

SECTIO PRIMA.

Diverse opiniones circa rarefactionem.

I. Dari rarefactionem constat ex experientia. Definitio Rari, & Densi.

Dari rarefactionem, & condensationem certius est, quam ut de eo dubitare quis possit: experientia enim in dies docet, lac, & aquam, dum calefiunt, duplo plus loci occupare quam dum sunt frigida. Definitur verò Rarum ab Aristotele, quod sub magnis dimensionibus parum habet materia. Densum verò, quod sub parvis dimensionibus multum habet materia: per materiam autem, ut in libris de celo d. 3. l. 4. n. 3. notavimus, dum de corpore simplici, non intelligitur materia prima, cum raritas & densitas reperiantur in qualitatibus extra materiam existentibus; sed intelligitur aliquid habens plures partes, quæ dilatari possunt & confipari. Hic ergo inquirimus, quomodo rarefactio hæc, & condensatio contingant: quæ licet ubique obviæ, ex omnibus tamen rebus naturalibus forsan sunt explicata difficillimæ.

II. Prima sententia ait in Rarefactione & Condensatione acquiri, & deperdi quantitatem.

Prima ergo sententia est Scoti in 4. dist. 12. q. 4. Marfil. l. 1. de Gen. q. 15. Toler in Phys. q. 1. & aliorum, qui asserunt in Rarefactione semper acquiri novam quantitatem, & per condensationem deperdi. In hoc tamen differunt auctores hujus sententiæ, quod aliqui dicant totam novam quantitatem acquiri, priori deperditâ, alij partialem. Argumenta ponentur postea.

III. Non acquiritur nova pars materię, ergo nec quantitatis.

Impugnatur hæc sententia primò: nam non acquiritur per Rarefactionem vel tota nova, vel nova pars materię, cum hæc creetur, agentia autem naturalia creare non possunt, ergo nec acquiritur nova pars quantitatis. Patet consequentia; nam inde sequeretur, vel aliquas partes materię informari duabus partibus quantitatis, vel aliquas partes quantitatis esse sine omni subjecto.

IV. Per productionem novæ quantitatis non vitatur difficultas rarefactionis.

Secundò impugnatur: nam incurrunt in eandem difficultates, quas cupiunt evitare, nempe per Rarefactionem poni eandem partem quantitatis in duobus locis: per Condensationem verò duas partes penetrari inter se: hæc, inquam, inconvenientia non vitant ipsi, nam quidquid inferunt sequi in quantitate, concedere debent in materiâ, nempe, quod in Condensatione duæ ejus partes inter se penetrentur; vel in Rarefactione una sit in duobus locis.

V. Nulla est necessitas novæ quantitatis in Rarefactione.

Tertiò: hæc omnia solvi possunt per majorem extensionem localem, cum hæc sola sufficiat, & omnes difficultates, quæ oriuntur circa hanc præsentiam localem solvere ipsi debeant in extensione præsentie localis, quam tribuunt materiæ.

VI. Materia non habet partes à quantitate.

Dices; materiâ non habet partes ex se, sed à quantitate. Nego antecedens, in homine enim, vel equo, etiâ ablata omni quantitate, caput distingueretur realiter à pede, & materiâ hominis non esset indivisibilis, sicut anima.

VII. Si nova pars quantitatis per Rarefactionem producat, eandem pars materiæ erit in duobus locis.

Dices secundò; materiam esse in loco per quantitatem. Primò, hoc negatur, sed est in loco, sicut res omnes aliæ, per ubicationem. Deinde, esto ita sit, ergo, cum secundum hos auctores detur ipsi nova quantitas, & hæc sit in diverso loco à priore, materiâ, quæ per eam est in loco, debet esse in duobus locis simul: sicut si eadem pars materię, vel quanti-

tatis haberet diversas ubicationes loco diffitas, esset in duobus locis. His etiam difficultatibus urgentur ij qui aiunt totam priorem quantitatem deperdi in Rarefactione, & Condensatione, & aliam totalem illius loco produci.

Secunda quorundam antiquorum sententia, quæ recentioribus etiam nonnullis hac ætate placet, ob difficultates in opinione Aristotelis affirmat raritatem fieri per quasdam vacuitates intra partes relictas: condensationem autem per earundem partium confipationem, ita ut nullæ, vel paucæ relinquantur ejusmodi vacuitates. Res proinde omnes ait hæc sententia cribri instar, variis esse foraminibus pertusas, & infinitis propè rimulis fatiscere, quæ per rarefactionem aperiuntur magis, per Condensationem occluduntur.

Contrà: per hæc rimulas, & foramina non explicatur natura Rarefactionis, nec verificatur definitio raritatis. Rarum quippe est, quod sub magnis dimensionibus parum habet materia: ergo debet id, quod rarefit, occupare plus spatij per Rarefactionem, quam occupabat antea: per solas autem has vacuitates id non præstat, cum spatium illud vacuum non occupetur à materiâ rei hoc modo extensæ. Sicut ergo spongia plena aquâ, & vesica aëre, non dicuntur propriè rarefieri, quia licet partes aliquo modo extendantur, quantum tamen acquirunt versus unam dimensionem, deperdunt versus aliam; ita nec rarefieri dicitur res aliqua per interpositionem harum vacuitatum, quia simpliciter non occupat plus spatij res illa per eas, quam antea. Sicut nec rarefieri censetur globulus ceræ in longum productus, aut corium illud taurinum in minutissimas partes, & quasi laminas dissectum. Hæc sententia magis impugnabitur sec. sequente, in opinione de corpusculis, eadem enim fermè quoad hoc videtur utriusque ratio.

Tertia eorum sententia est, qui continuum componi asserunt ex punctis crassis, & virtualiter divisibilibus, ac proinde per rarefactionem unum punctum extendi dicunt ad locum duorum; per Condensationem verò idem coartari asserunt, & in minorem locum redigi. Hæc opinio, si admitteretur continuum constitui ex hujusmodi punctis, posset commodissime sustineri. Nec ullam esse existimo in hac controversiâ sententiam, in qua quis facilius se à difficultatibus circa Rarefactionem, & condensationem expediret. Sed aliam opinionem secuti sumus in Physicis.

SECTIO II.

Referitur & impugnatur sententia Rarefactionem explicans per corpuscula.

Quartâ itaque sententia affirmat Rarefactionem fieri per interpositionem quorundam corpusculorum; & contrà, Condensationem per eorundem exclusionem. Quæ sententia ab eâ quam retuli sec. præcedente n. 8. in eo solum differt, quod intervalla, quæ auctores illi vacua relinquant, hi corpusculis suis replant: ita præter quosdam ex antiquis philosophis, Okam opusc. de Eucharistiâ, Gabriel. Vallef. 4. Phys. tex. 84. & controversiâ 77. P. Arriaga d. 16.

d. 16. Phys. f. 10. n. 195. P. Oviedo hic contr. 7. pu. 5. & ex recentioribus nonnulli.

II. Sequitur ex hac sententia materiam, & quantitatem aquae rarefactam non posse denuo condensari.

In hac sententia aequè condensari possit ferri, & res quæ densissima, ac rara.

III. Impugnatur secundò: experientia constat vinum, lac, ceram &c. duplo, imò triplo plus loci per rarefactionem occupare, quam antè occupabant, ergo si rarefactio fiat per interpositionem corpusculorum, se in minimas quasque rei rarefactæ partes insinuantium, deberet vinum rubrum rarefactum, dum corpusculis illis miscetur, multum de sua rubedine in ordine ad visum remittere, sicut videmus in eodem vino contingere, dum miscetur aqua. Contrarium tamen constat experientia. Hoc multò clariùs cernitur in lacte rarefacto, & omnium clarissimè in cerâ.

IV. Impugnatur tertio: si rarefactio fiat per disjunctionem partium, sequitur, dum aqua miscetur vino, & aquam & vinum rarefieri, cum illarum partes per interpositionem corporis fluidi à se invicem disjungantur, ægrè enim assignabitur ratio, cur partes aquæ per interpositionem atomorum disjunctæ censeantur rarefieri, & non per interpositionem vini, aut alterius corporis fluidi. Quod magis urget in opinione P. Arriagæ, qui d. 16. Phys. f. 10. n. 226. ait aërem esse maximè densum. Si ergo potest aliquid rarefieri per interpositionem illius, quod est densius, à fortiori per id quod est minus densum. Sed certum videtur aquam vino admixtam non rarefieri, sic enim rarefieret aqua frigida, dum alia ipsi aqua frigida plenè similis admiscetur, quod non existimo quemquam dicturum.

V. Impugnatur quartò: sequitur ex hac sententia, duo densissimi na facere unum maximè rarum. Probatur sequela, quando aqua igni imposita rarefit per intermixtionem aëris, ut asserunt hi auctores, aëri ibi inter partes illas aquæ per partes sui minutissimas interclusus, est secundum ipsos, ut vidimus, densissimus; sed partes aquæ, quibus partes illæ aëris interponuntur, sunt æquè densæ ac partes aëris, ergo sunt similiter densissimæ. Probatur minor, ideò secundum ipsos partes illæ aëris sunt densissimæ, quia per interpositionem alicujus alterius non disjunguntur, sed partes aquæ, quibus interjiciuntur hæ aëris particule, non magis disjunguntur, quam partes aëris, alioqui continuum divideretur in omnes suas partes, ergo sunt æquè densæ, ac partes aëris, ergo den-

R. P. Th. Comptoni Philosophia.

ssimæ, ergo ex duobus densissimis fit unum maximè rarum. Conf. hinc ulterius sequitur, non magis aquam rarefieri ab aëre, quam aërem ab aqua.

Impugnatur quintò: quilibet in hac sententia rarefieri posset, saltem divinitus, per quodlibet; rarefactio enim formaliter non fit per formas substantiales, cum hæ non distendant, nec separent partes, sed ex se possint cum iis penetrari, & in accidentibus, etiam ab omni substantia separatis, inveniatur rarefactio, & condensatio: nec minùs maneret aqua illa rarefacta, si Deus destrueret formam substantialem aëris interpositi, quàm modò, ergo quantitas in omni re sit ejusdem rationis, quæcunque res per partes illas minutas alteri cuicunque interposita, illam rarefaceret. Sed hoc dici non potest, ut suprà ostendi n. 4. quoad rarefactionem, & quoad condensationem num. secundo.

Tandem in hac sententia non servatur conceptus & definitio rari, cujus essentia est, ut habeat parum materia sub magnis dimensionibus: in vino autem rarefacto, licet materia ejus sit sub aliis, non tamen est sub majoribus dimensionibus, quam antè, ut latius declaratum est sec. præcedente, n. 9. in impugnatione secundæ sententiæ.

SECTIO III.

Duabus experientiis impugnatur sententia de interpositione corpusculorum in rarefactione.

Cum res hæc, de qua agimus, oculis subiecta sit, ex iis etiam, quæ oculis subijciuntur, optimè decidetur: nempe experientiis: ex infinitis autem, quæ contra hanc sententiam afferri possent, duas tantum hic adducam, quas, licet ab hujus sententiæ auctoribus acriter videam impugnari, existimo tamen his impugnatoribus nihil earum vim infringi.

Prima sit: Dum ampulla vitrea, seu cucurbitula carni applicatur, videmus carnem paulatim intumescere: cujus alia reddi ratio nequit, nisi quòd extincto igne, aër, qui antè ab igne illo erat calefactus, ideoque rarior, paulatim refrigerat, & condensatur, sicque, ne detur vacuum, caro paulatim assurgit, ut in locum aëris succedat.

Respondet P. Arriaga d. 16. Phys. f. 10. n. 224. intumescere tunc carnem, non ad vitandum vacuum, sed quia per ignem dilatantur carnis pori, quibus apertis ingrediuntur corpuscula, sicque elewant carnem, & faciunt illam intumescere. Contrà primò, si ignis dilatat illos poros, ergo tunc deberent ingredi corpuscula, quando pori maximè dilatantur, seu quando est ignis: videmus tamen contrarium, & non intumescere carnem, nisi post aliquod interval- lum, extincto jam igne. Imò ait ipse, non elevari penitus carnem nisi fermè intra medium quadrantem, ergo secundum ipsum ingredi deberent hæc corpuscula, quando calor est jam multo minor, & pori fermè denuò obstructi. Et idem est si dicat dilatari poros per calorem, tunc enim deberent dilatari, & corpuscula ingredi, & consequenter caro intumescere, quando calor est maximus; & tamen experientia constat, ut dixi, eam non intumescere nisi destructo fermè omni calore, ergo hæc non potest esse causa tumoris, sed illa quam suprà assignavi de constipatione aëris jam frigescantis, & ad vitandum vacuum.

Contrà secundò, si is cui imponitur cucurbitula, affideat magno igni, re tamen aliquà interposita, ut nullus calor ab igne perveniat ad cucurbitulam, sentiet

Non magis aër rarefacet aquam quam aqua aërem.

VI. Quilibet in sententia de corpusculis rarefieri posset per quodlibet.

VII. In hac opinione non salvatur essentia rari, & densi.

I. Res sensibus subiecta optimè experientiis deciduntur.

II. Experientia cucurbitulae, & res ostendit non fieri rarefactionem per corpuscula.

III. Cuius cur caro in ampulla vitrea assurgit, non potest esse, quod carnis pori dilatentur per ignem, vel calorem.

IV.

Qq

tiet

Non esse
ut ostendi-
tur nam ca-
ro intumescit
ubi est
minus calo-
ris.

tiet in reliquis partibus intensiorem calorem quam in ea parte, in qua est cucurbitula, ergo pori illic magis deberent aperiri, & corpuscula, seu aer vicinus ingredi, & carnem elevare: contrarium tamen videmus, caro namque hoc modo in ea sola parte elevatur, cui adhæret cucurbitula, in quatenus est multo minus caloris, & consequenter pori minus aperti. Contrà tertio, licet pori essent tunc aperti, quid tamen cogit aerem, ut per illos ingrediatur, saltem tam vehementer, ut carnem adeo violenter eleve? cur non poterit manere in cucurbitula.

IV. Respondet idem secundò, non posse carnem in hoc casu elevari ad vitandum vacuum; tunc enim, inquit, eleveretur in instante. cum natura nec per unum instans patitur vacuum. Contrà; hoc nullo modo sequitur, aer enim primò producitur in eadem extensione materię, in qua forma ignis destruitur; alioqui pars aliqua materię erit, uno saltem instante, sine formā. Tunc ergo solum incipit elevari caro, quando aer denud condensatur, condensatio autem non fit in instante.

V. Corpuscula
nec egredi-
untur per
poros vitri,
nec ingre-
diuntur.

Tertio respondent alij, per poros vitri egredi quædam corpuscula, sicque intumescere carnem, ut eorum locum suppleat, & vitet vacuum. Contrà primò, vitrum ex omnibus fermè rebus paucissimos habet poros, sicque vix quidquam potest per vitrum egredi. Contrà secundò, nihil est, ut supra dixi, quod aerem ex vitro egredi compellat. Contrà tertio, si per poros vitri corpuscula egrediantur, alia similiter per alios ejusdem poros poterunt ingredi: nil ergo opus, ut caro ad vitandum illic vacuum assurgat.

VI. Vas aqua
plenum, dum
aqua conge-
latur, frangi-
tur a vitan-
dum vacu-
um.

Secunda experientia quæ probatur rarefactionem non fieri per interpositionem corpusculorum, est, quod videamus, vas testaceum, imò lapideum sabinde, & æneum, aqua plenum, ubi aqua congelatur, disrumpi; quod scilicet per congelationem contrahatur & condensetur aqua, cum ergo aliunde nihil ingredi possit, rumpitur vas ne detur vacuum: si autem condensatio illa aqua heret per solam exclusio- nem corpusculorum, quæ partibus aquæ interpone- bantur, ut vult hæc sententia, non esset opus ut vas frangeretur, corpuscula enim illa jam ab aqua sepa- rata, tantum loci occuparent, quantum antea, sicque non est cur vas frangatur, cum non sit periculum vacui. Hæc ergo experientia probat alio modo debere fieri rarefactionem & condensationem, nempe ita ut partes aquæ per se nunc majorem, nunc mino- rem locum occupent, ut infra ostendetur sect. quinta.

VII. Fractio vasis
non provenit
ab exhalati-
onibus
ignis in de-
erumpenti-
bus.

Dicunt aliqui, fractionem vasis ab igneis quibus- dam exhalationibus in aqua latentibus procedere, quæ, inquit, dum à contrario urgentur, nec alia sit via evadendi, fracto vase avolant, & fugā sibi consulunt. Sed contrà primò, unde enim igneæ hæc exhalationes tempore tam frigido in aquam frigidissimam, aut vas, antequam aqua repleretur, diu frigori expositum, provenirent? Deinde si anti à non fugiebant aquam summè frigidam, cur nunc fugiunt glaciem?

VIII. Dicitur si dum
aqua conge-
latur, frangi-
tur vas a vitan-
dum vacu-
um, frangi-
tur etiam, dum
congelatur
oleum.

Respondet secundò P. Arriaga citatus n. 218. evi- dens sibi esse vas illud non frangi ad vitandum va- cuum, quod, inquit, inde efficaciter probatur; in vase enim oleo, aut butyro pleno, etiamsi butyrum, vel oleum congeletur, & condensetur, non relin- quitur vacuum, sic enim vasa illa frangerentur, sicut frangitur vas plenum aqua: constat tamen, inquit, experientia non frangi, ergo nec in congelatione aquæ relinquitur vacuum, sicque in aliam causam referenda est fractio vasis, non in evitacionem va- cui.

IX.

Sed contrà, unde constat si vas oleo vel butyro

plenum relinqueretur diu in loco frigidissimo, vas, ^{Car oleum} non frangendum: nulla certe est hujus rei experien- ^{non facit} tia. Congelantur quidem illa lentius, quia sunt na- ^{congelatur.} turā sua calidiora, unde liquores quosdam videmus, qui ob maximum quem in se continent virtutalem calorem, nunquam congelantur. Si tamen contin- geret vas oleo vel butyro plenum aurā frigidissimā sub dio longo tempore relictum planè congelari, & in glaciem concrefcere instar aquæ, & vas nihilo- minus non frangi (quod tamen mihi est valde du- bium, imò exilimo id nunquam eventurum) dici probabilissimè potest, id inde provenire, quod illa plurimos in se vapores, & exhalationes calidas con- tineant, ut constat ex eorumdem levitate, cum om- nibus liquoribus supernantent: unde exhalationes istæ, & vapores cum magno numero sint, facilè se dilatant, & locum à butyro vel oleo relictum re- plent.

Respondet idem secundò: aquam, ut constat, non congelari totam simul, sed partem superiorem prius, mox inferiorem, & hoc modo paulatim usque ad imum. Hinc, inquit, ^{X.} ^{Vas non} ^{frangitur} ^{donec tota} ^{aqua conge-} ^{latur.} evidentè argumentor; vas non frangitur quam primū aqua pars suprema conge- latur, & prima ei glaciæ crusta inducitur, sed solum quando tota aqua est in glaciem conversā, ergo non frangitur ad vitandum vacuum. Patet, inquit, ^{Natura per-} ^{inde totum} ^{parvum, &} ^{magnum} ^{vacuum.} evidentè consequentia; sic enim ubi prima aquæ superfi- cies congelatur, frangi deberet vas, cum ibi exiguum saltem vacuum relinquatur, natura autem æquali- ter horret parvum vacuum, & magnum. Unde tan- dem ait, mirari se tot auctores hæc non considerasse, sed hoc argumento ferid uti contra opinionem de corpusculis.

At sanè demptā illā voce ^{XI.} ^{Id enim} ^{certum, in} ^{philosophis} ^{pleraque sunt incerta} ^{philosophis,} ^{pleraque est} ^{incerta.} evidentè, (quæ Philoso- pho parcè utendum cenfeo, cum in Philosophicis pleraque sint incerta) nihil in hoc argumento video, quod magnoperè urgeat, aut quemquam quo mi- nus hac experientia contra sententiam illam utatur, deterreat.

Resp. ergo, nec frangi vas statim ac suprema aquæ ^{XII.} ^{Congelatur} ^{supremā} ^{aqua supra-} ^{ficit, reliqua} ^{aqua non-} ^{hil dilatur} ^{ad vitan-} ^{dum vacu-} pars congelatur, nec tamen dari vacuum: primò enim dici potest, dum una pars aquæ condensatur, & constipatur in glaciem, reliquas aquæ partes nonni- hil dilari per accidens, & locum à priore aqua reli- ctum occupare: sicque ubi tota aqua fuerit conge- lata, cum nihil amplius sit quod locum ab aqua reli- ctum repleat, vas frangitur, ne detur vacuum. Nec mirum cuiquam videri debet aquam in his circum- stantiis contra naturalem suam inclinationem rare- scere, cum ad vitandum vacuum gravia passim ascendere videamus, levia descendere, & totum penè naturæ ordinem inverti. Quod latius declarabitur infra s. 6. n. 5.

Quod si cui hæc responsio, quæ tamen mihi valde ^{XIII.} ^{Aer in vase} ^{in lumen} ^{transparens} ^{fractum} ^{impulsi-} probabilis videtur, non placeat, dicere poterit, vel in aqua ipsā, vel poris vasis vapores aliquos exiguos late- re, qui, dum aqua condensatur, dilatantur, & in ejus locum subeunt, donec gelu & frigore invale- scente, ad tantam raritatem exolescere non possunt, tunc autem, ne detur vacuum, vas frangitur.

Respondet tertio, & præcipuè, frangi tunc vas ^{XIV.} ^{Non frangi-} ^{tur vas quod} ^{ejus tempe-} ^{ramentum} ^{vi frigoris} ^{destruitur.} quod nimio frigore iustum ejus temperamentum destruitur, sicque nil mirum si frangatur, & agat rimas. Contrà primò, si hæc sit ratio, non tantum ageret rimas vas illud, sed totum in partes minutissi- mas dissiliret, cum frigus omnes vasis partes æquali- ter afficiat, cujus tamen contrarium constat expe- rientia; si enim fiat vel minima fissura, vas ulterius non comminuitur, quasi solum eguisset spiraculo, per quod aer ingrederetur, ad impediendum va- cuum.

Contrà secundò, ergo etiam vas vacuum hyeme ^{XV.} ^{frigori}

si idem frangatur vas, quia per frigus destruitur illius temperamen- tum, debet remanere reliqua adhuc partes frangi.

Glacies diu adhucens tu- bo plumbeo jam fracto, non illum frangit ulterius.

XVI. Quomodo contingat vas, etiam apertum, frangi ad vitandum vacuum.

XVII. Nonnumquam frangitur vas aneum ad vitandum vacuum.

Aliquando frangitur glacies.

XVIII. In glacie, ut pedibus, ita mente vix firmetur.

frigori vehementi, & gelu expositum frangeretur, quod tamen est planè contra experientiam. Respondet n. 221. negando consequentiam; aërem enim solum ait non esse tam operativum, & frigoris productivum, ac est aqua, unde, inquit, homo ventum, valde etiam frigidum, pati potest, non potest aquam frigidam. Contrà, vel per aquam intelligit aquam liquidam, ab hac autem non frangitur vas illud, cum, ut fatetur, non frangatur, donec tota aqua sit congelata: vel per aquam intelligit aquam gelu contrictam, seu glaciem; si autem hæc esset causa fractionis vas, deberet alias præterea illius partes comminueri, quibus, durante adhuc gelu, & frigore magis in dies intendente, glacies adhærescit, ex eadem enim causâ idem provenire deberet effectus. Contrarium tamen constat experientiâ, ubi enim semel, ut dixi, in tubo aliquo plumbeo ex. g. facta est exigua fissura, quasi jam satisfactum esset exigentiâ universi, & naturæ laboranti succursum, etiam si per multos adhuc dies tubo illi glacies adhæreat, eum tamen ulterius non comminuit.

Quartò respondet, vas etiam apertum, ut pelvim testaceam, aquâ plenam frangi, si aqua congeletur, fractio ergo vas, inquit, non provegit ex vacuo ab aquâ relicto, cum hoc repleti possit ab aëre ambiente. Contrà, vas nunquam frangitur, ut ipse fatetur n. 218. donec tota aqua congeletur, quâ ergo tunc ingreditur aër ambiens, ut locum à minimâ parte aquæ, quæ postremò in ipso vasis fundo congelatur, repleat? glacies enim, quæ ad magnam jam crassitiem, supremam pelvis partem occupat, ejusque etiam lateribus tenacissimè adhærescit, omne undique meatu obstruit. Cum ergo densa illa glacies sit testâ tenacior, & via vi fieri debeat, vas finditur, non glacies.

Imò existimo tantam esse posse glaciei crassitiem, (accedente præsertim ex diuturno gelu majore firmitate) ut non tantum vas fictile frangatur potius quàm glacies, ut aër ad vitandum vacuum intro-mittatur, sed stanneum etiam, & ferreum, maxime si horum latera sint tenuiora. Si tamen vas stanneum, vel ferreum sit crassum, puto potius frangendam glaciem: imò à curiosis harum rerum exploratoribus fideque dignissimis accipi, hoc iis spectantibus contigisse; in magno enim gelu, ubi aqua in vase quodam jam congelaretur, dixerunt vidisse se glaciem magno cum strepitu disruptam, vase integro permanente.

Hæc de glacie mihi dicenda occurrerunt. Video tamen rem eselubricam, nec reperiri in eâ facile posse ubi quis firmiter figat pedem, sive hac viâ in-cesserit, sive aliâ, imò dum quis rem se tenere autumat, illico è manibus elabatur. Censeo nihilominus ea, quæ hic dixi, esse similia vero; clarioribusque niti, tum rationibus, tum experientiis. Quibus tamen non ita tenaciter adhæreo, ut, si quid melius ab aliis traditum videro, non sim illud libenter amplexurus.

SECTIO IV.

Vera sententia circa rarefactionem & Condensationem.

I. Dicendum ergo, rarefactionem formaliter consistere in majori extensione partium materiæ, & quantitatis, & consequenter formæ, & accidentium materialium, seu in majori præsentia locali, per quam simpliciter correspondeant majori spatio quàm antea: causaliter verò consistit in quibusdam qualitatibus in materiâ illâ productis, exigentibus majore

R. P. Th. Comptoni Philosophia.

rem illam partium extensionem. Condensatio verò est contrà est earundem partium contractio, seu in minorem locum redactio. Ita S. Thomas 4. Phys. lect. 14. & 1. 2. q. 52. art. 2. ad primum; Greg. in 2. d. 12. q. 2. art. 1. Capreol. d. 18. q. 1. Soncin. l. 8. Met. q. 27. Durand. in 1. d. 17. q. 7. n. 22. & in 2. d. 18. q. 1. Sotus cap. de quant. in Log. q. 2. Fons. 5. Met. c. 13. f. 4. ad 2. Conimb. l. 1. de Gen. c. 5. q. 17. a. 3. Rub. l. 1. Gen. c. 5. ar. de Rarefact. q. 1. n. 128. Hurt. hic d. 4. f. 4. & 5. & tenere videtur Murcia l. 4. Phys. d. 2. q. 3. estque communis inter recentiores opinio.

Quando autem vel rarefit, vel condensatur corpus aliquod, debet necessarîo perire tota præcedens ubicatio, si rarefiat & condensetur secundum omnes sui partes, & nova ubicatio produci, quia scilicet singulæ partes extenduntur, & correspondent novo spatio inadæquato.

Est autem raritas duplex, sicut & densitas: in actu primo, seu radicalis; & in actu secundo, seu actualis. Radicalis nihil est aliud quàm tale temperamentum qualitatum exigentium talem extensionem, vel coarctationem partium: unde corpus Christi in Eucharistia habet eandem rarefactionem vel condensationem radicalem, quam habet in cælo, nempe idem temperamentum qualitatum, non tamen habet eandem actualem, hæcenim dicit, quòd partes illius actu extendantur, vel coarctentur: in Eucharistia autem neutrum fit; licet enim totum corpus Christi sit in singulis punctis, non tamen est ibi per condensationem partium, sed per penetrationem. Unde rarefactio actualis mutatur quoties corpus movetur loco, non tamen dicitur tunc corpus rarefieri, & condensari, hæc enim nomina significant mutationem à minori ad majorem dimensionem, vel è contrà à majori ad minorem, quàm iis naturaliter competat, unde denotant primam rei sub illis dimensionibus positionem.

Est ergo in quavis parte materiæ, vel quantitatis, & aliorum accidentium corporeorum, sicut & formarum, etiam materialium, aptitudo quædam, & capacitas extensionis ad tantam, vel tantam magnitudinem, ultra quam naturaliter extendi non possunt, habentque quasi sphaeram quandam magnitudinis, sicut Angelus suo modo extensionis: & similiter, ut videtur, parvitatibus; nec enim potest naturaliter scintilla aliqua, aut formica rarefieri ad magnitudinem montis vel solis; nec mons, aut tota sphaera ignis condensari ad parvitatem scintillæ, vel formicæ.

Cum ergo partes rei corporeæ non sint indivisibiles quoad spatium, sicut puncta (quæ proinde extendi per spatium divisibile non possunt) hæc, inquam, partes, sicut naturaliter possunt, imò petunt extendi per spatium divisibile, poterunt etiam ad spatium majus & majus extendi, donec perveniant ad ultimum quod sit extensionis, ultra quod si adhuc dilatentur, non videntur munerî ad quod naturâ institutæ sunt, esse aptæ, quando enim adeo raræ sunt ac tenues, nec videntur posse inter se satis coherere, nec esse subiectum aptum accidentium, & formæ substantialis.

SECTIO V.

Objectiones contra rarefactionem & condensationem declaratas per extensionem, & contractionem partium.

O Bjicit primò P. Arriaga d. 16. Phys. l. 1. o. n. 185. Si rarefactio fiat tantum per majorem, condensationem per minorem extensionem, sequitur, Angelum posse rarefieri, & condensari, dum nunc majorem, nunc minorem locum occupat. Contrà, ergo & in contrariâ

Qq 2

II. In rarefact. & condensat. prior ubicatio tota perit, & nova productur.

III. Rarefactio, & condensatione radicalis, seu causalis.

Rarefactio & Condensatio actualis mutatur, quoties corpus mutat locum.

IV. Res quæ viâ habet naturaliter certos terminos extensionis.

V. Partes rei corporeæ extendi possunt, puncta non possunt.

traria sententiâ rarefiet Angelus, si, ut potest, minutissima spatia, & quasi poros quosdam relinquat, corpusculis repletos. Saltem plures Angeli numero distincti, si relictis majoribus intervallis, se ita in parvo aliquo spatio constituent, ut exiguas illas intercapedines inter se relinquunt, dicentur condensari. Gratis enim, ut bene advertit P. Oviedo hic contr. 7. p. 5. n. 1. ad condensationem requiritur major portum unio, sed sufficit, inquit, major earum approximatio.

II.

Duo reperiuntur in rarefactione, quorum unum est Angelus, alterum est corpus.

Resp. itaque pro utraque sententiâ negando sequelam, sicut secundum omnes non censetur rarefieri exigua aliqua particula ferri, si divinitus collocaretur in diversis locis contiguus, ut latius dicam se& sequente, n. 2. Rarefactio ergo in conceptu suo dicit ejusmodi majorem presentiam, quâ partes divisibiles conformiter naturæ suæ ad majus spatium extenduntur, ita scilicet, ut pars parti spatij correlativepondeat, nec ad eadem munera aptæ maneant, materia enim valde rarefacta non est apta ad connaturaliter recipiendas dispositiones, & formam ferri ex. gr. aut lapidis, ad gravitatem, ad lucem, & calorem intensum, & tam cito producendum, & alia hujusmodi. Neutrum verò horum reperitur in Angelo, qui in primis totus est in qualibet parte, & puncto spatij: deinde, operationes suas, intellectiōem scilicet & volitionem, & reliquas æquè perfectè exercere potest, quando extenditur per totum hoc gymnasium, aut domum, ac quando est in uno solum palmo, aut etiam puncto.

III.

Bulla in aqua ebulliente condensant potius aquam, quam rarefaciunt.

Confugere ad qualitates, & bullas occultas parum est Philosophicum.

Objicies idem secundò, nu. 198. in aquâ calefactâ variæ apparent bullæ aëre, aut atomis plenæ, ergo per illas fit rarefactio. Resp. bullas quidem aliquas in aquâ ebulliente semper apparere, per illas tamen non fit aquæ rarefactio: imò dum hoc modo à fundo, ut fit, istiusmodi bullæ erumpunt, reliquæ aquæ partes constipantur potius per illas, & condensantur quam rarefciunt. Deinde, omnes aquæ partes rarefiunt, & omnino gratis id negaretur, cum dispositio ad rarefactionem in omnibus æqualiter producat. Dicere autem cum quibusdam, esse in omnibus propè aquæ rarefactæ partibus bullas, licet ob parvitatem non cernantur, est (sicut nonnulli confugiunt ad qualitates occultas) confugere ad bullas occultas, & rem per se obscuram, novis tenebris involvere. Adde multos dicere metalla quædam rarefieri, & intumescere sine bullis, ergo non semper per bullas fit rarefactio.

IV.

Objic. carnem rarefieri per dilatationem pororum.

Objicies tertio: carnem humanam dici rarefieri dum pori ejus magis recluduntur, condensari dum occluduntur, ergo rarefactio, & condensatio sunt per intromissionem, & expulsionem corpusculorum. Contra, hinc sequitur contra ipsum, rarefactionem non fieri per discontinuationem partium prius unitarum, quis enim crederet ætate omnes propè carnis partes discontinuari, & hyeme easdem iterum uniri, quasi caro & res hujusmodi solidæ tam facillè separarentur, & unirentur, sicut lac, aqua, vinum & aliæ res fluidæ?

V.

Resp. illam carnem dilatationem non fieri per rarefactionem.

Rarefactio vulgariter, & philosophice sumpta.

Conceptus philosophicus.

Resp. ergo, dilatationem illam carnis non fieri per rarefactionem, sed tantum per intromissionem humorum quorundam intra poros, quam si quis vocet rarefactionem, sequetur spongiam, vel vesicam rarefieri dum illa aquâ, hæc vento repletur: pori enim nihil sunt aliud quam quædam quasi vesiculæ, seu meatus ad humores & vapores excipiendos & expellendos idoneæ. Hæc ergo non est rarefactio Philosophice, sed vulgariter sumpta; vulgus enim, quicquid intumescit aut dilatatur, rarefieri dicit, & quicquid quovis modo constipatur, condensari. Sic passim homines vas vacuum appellant, quod lac, aquam, aut quid simile non continet, quantumvis aëre re-

pleatur, domum vacuum, in qua nullus habitat, &c. faciendum est. In his ergo non sequendus, sed corrigendus est conceptus vulgi à Philosopho.

Objicitur quartò, estque præcipua difficultas in hac materiâ: hinc sequi, in rarefactione unam partem materiæ & quantitatis fore in duobus locis; quod patet cum enim pars quantitatis, quæ antea erat in medio palmo, extenditur per rarefactionem ad palmum, eadem pars quæ prius occupabat unam solum partem seu medietatem palmi spatij, nunc utramque medietatem occupat, ergo illa quæ prius erat solum in una parte spatij, postea est in duabus. Conf. in condensatione videtur necessariò debere duas partes quantitatis esse in eodem loco: dum enim quantitas sub palmo spatij existens reducitur per condensationem ad medium palmum, utraque pars seu medietas illius quantitatis reducitur ad locum unius, ergo duæ illæ medietates penetrantur inter se.

Resp. & prius ad hoc ultimum de condensatione, esto utraque medietas sit jam in loco unius, non tamen hinc sequitur penetratio; ad hoc enim ut esset penetratio, deberet prior medietas manere ad æqualem in loco ubi antea erat, & alia medietas ad eundem locum accedere: hic autem non ita contingit; prima enim medietas secundum nihil sui manet ad æqualem in priori loco, sed recedit, eumque ex parte deserit, & alia medietas locum ab eâ relictum occupat, ubi nulla est penetratio, ut videtur clarum. Sicut ex. g. si duo Angeli sibi proximi existant in duobus palmis spatij, & dum alter accederet ad locum alterius, alter in parte spatij versus illum Angelum paulatim cederet, & se contraheret, licet uterque sit post finitum motum in eodem spatio, palmo v. g. in quo prius erat unus solus, adhuc non penetrabuntur, uterque enim se contraheret ad medium palmi. Licet hoc exemplum in omnibus præsentis casui non conveniat.

In rarefactione etiam, simili penè modo se res habet: ut enim pars quantitatis esset in duobus locis, deberet manens eo modo quo erat in priora medietate spatij, replicari & poni iterum in aliâ, quod hic non fit, non enim manet eodem modo quo prius in alterâ medietate spatij, sed secundum mediam partem sui acquirit novam partem spatij, illa verò pars, quæ ponitur in novo spatio, non manet in priori.

Singulæ ergo partes occupant majorem locum quàm antea, non tamen ponuntur in duobus locis ad æquatis, quod enim hoc modo ponitur, posset ab Angelo intuitivè illud cernente percipi quousque totum semel pertingat, & ubi incipiat multiplicari, quod hic non contingit; nam licet tota pars, palmus v. g. vel digitus, jam sit in duobus palmis, vel digitis, cum antea tantum esset in uno, non tamen ita ut tota illa pars quantitatis sit in uno palmo, & tota in alio, sed pars in uno, & pars in alio, sicque est in majore loco quàm antea, non tamen in duobus locis ad æquatis, sed ad summum in ad æquatis. Idem proportionem servat de partibus proportionalibus, licet si quis in ipsis formet argumentum, infinita sequatur confusio.

Dices; si pedi aëris detur ubicatio trium pedum, triplo plures erunt partes ubicationis quàm aëris, Resp. negando suppositum, dari scilicet pedem, digitum, aut ulnam alicujus rei, seclusâ ubicatione: hæc enim voces connotant extensionem in ordine ad locum, & consequenter ubicationem. Dico itaque independentem ab ubicatione tantum dari pedem, aut ulnam ligni, ferri, lapidis &c. radicaliter, id est, datur entitas, quæ apta est has ubicationes & mensuras formales, nunc unam, nunc aliam accipere. Quo notato, cessat difficultas.

SECTIO VI.

Inferuntur quædam circa rarefactionem & condensationem.

I. ^{Quoties unum corpus rarefit, aliud natura iter condensatur, & e contrâ.} EX hæcenus dictis infero primò: quoties unum corpus rarefit, debere aliud, naturaliter loquendo, condensari, & e contrâ. Ratio est quia aliqui vel daretur vacuum, dum corpus condensatur; vel penetratio dum rarefit. Nec adeo est difficile, ac nonnulli autumant, condensato uno corpore aliud rarefieri ad vitandum vacuum, cum ne detur vacuum, longè alia naturaliter fieri videamus: aqua enim in lagenâ inversâ angusto orificio non cadit, licet orificium sit apertum. Item dum duo plana se tangunt, elevato superiore, inferius ascendit nemine tangente, vel impellente, & sexcenta huiusmodi.

II. ^{Parva pars ferri in pluribus locis adæquatis sibi proximis posita, non foret rarefacta.} Infero secundò: si Deus eandem materiam, aut quantitatem digitalem, aut palmarem sæpius multiplicaret, & hoc modo in locis sibi proximis multiplicatam unionem continuativâ connecteret, non futuram materiam illam, aut quantitatem raram. Ratio est, quia non foret parvum materiæ sub magnis dimensionibus, sed parva materia sæpius sub parvis. Ut ergo aliquid dicatur rarum, debet occupare multum spatij naturali modo, seu per extensionem, non per multiplicationem, hoc modo enim definitionem illam intellexit Aristoteles, qui non novit casus miraculosos.

III. ^{Rarefactio non fit à solo calore, nec condensatio à solo frigore.} Infero tertio: nec rarefactionem fieri per solum calorem, nec condensationem tantum per frigus; condensatio enim aliquando fieri potest per impetum, & motum localem, ut multi probabiliter dicunt contingere in exhalatione ignita in nube inclusâ. Rarefactio etiam per accidens occasionaliter fieri potest à frigore, & condensatio à calore: dum enim unum corpus per frigus condensatur, aliud rarefit ne detur vacuum, & e contrâ, dum unum per calorem rarefit, aliud condensatur ne detur penetratio, ut dictum est n. 1.

IV. Infero quarto: rationem cur res durissimæ, ut ferum, æs, marmor, non rarefiant, non esse quoddam rare-

factio consistat in discontinuatione partium; in ea enim non posse eam consistere ostendi sect. præcedente, n. 4. & 5. Ratio ergo est, quoddurities resistat majori, vel minori extensioni, petatque partes rei eandem in se semper proportionem, & ordinem servare, ut videmus experientiâ, quod est contra rationem rarefactionis, & condensationis, ut constat.

Infero quintò ex dictis supra sect. 3. nu. 12. probabilem assignari posse rationem, cur glacies aquæ semper supernatet. Ratio ergo est, quia cum, post primam superficiem congelationem aqua rarefat (rarefactio autem plerumque est causa minoris gravitatis, sicut condensatio majoris) gelu illam jam nonnihil rarefactam occupat, & congelat, & licet eam restringat ad paulò minorem extensionem quam habebat immediate ante congelationem; est tamen congelata in paulò majore extensione, quam naturâ suâ, seu dum est liquida, postulat, sicque est paulò levior.

Hoc mihi multo probabilius videtur quam quod dicit Arriaga hic d. 4. l. 2. n. 32. qui idem ait glaciem aquæ supernatare, quodd sit purior, neque tot terreas exhalationes habeat sibi admixtas, ac habet aqua liquida. Contra enim hoc est primò: si namque sint veræ exhalationes, sunt leves, ut constat in exhalationibus ex aquâ calefactâ ortis, & in nebula à terrâ ascendente, rem proinde cui insunt, reddunt leviores, & elevant potius, quam deprimunt. Si verò sint pulvisculi terrei, ut paulò ante insinuat, frigus & gelu eos non segregaret, sed sicut res alias, siquæ immediate ante in aquâ fuissent, intra ipsam glaciem constringeret.

Secundò & præcipue contra hanc rationem est: fumamus glaciem, quæ, ut ipse ait, est defæcata, & ab omni exhalatione, ac terreâ concreione, seu pulvisculis depurata, fumamus, inquam, hanc glaciem, eamque in aliud vas purissimum ex auro, argento, vel vitro, ubi nihil terreum est, immittamus, adhuc dum liquefit, supernabit huic ipsi aquæ in quam resolvitur, non minus quam alteri cuicumque, & tamen aqua hæc nihil in se habet terreum, magis quam glacies, à qua defluxit, nec in alio ab eâ differt, nisi in mollietate, ac densitate.

Cur res durissimæ, ut ferum, æs, marmor, non rarefiant.

V. Quare glacies aquæ supernatet.

VI. Ratio ab aliis assignata, cur glacies aquæ supernatet, non satisfaciunt.

VII. Glacies non est magis à terreâ pulvisculis depurata, quam aqua.

DISPUTATIO XII.

De elementis.

Hic solum restant quædam de elementis discutienda, quæ eo brevius licebit perstringere, quo sæpius tum in his libris, tum in Physicis de iisdem occurrit sermo. Cum tamen hic proprius sit eorum locus, omnimoda de iis tractatio non est omittenda.

SECTIO PRIMA.

Definitio, numerus, & situs elementorum.

I. ^{Elementum variè sumitur, Aristot. definit, vel describitur elementum.} Elementum subinde sumitur pro intrinseco constitutivo alicujus rei: sic litteræ vocantur elementa dictionis, materia & forma elementa compositi &c. Hic autem accipitur elementum ab Aristotele pro principio, & indivisibili in certo quodam ordine, & alteri formaliter, vel virtualiter inexistente. Ad hanc sive definitionem, sive descriptionem elementi laborant interpretes ut elementa, de quibus hic est sermo, reducant, quod tamen factum non est difficile, si particula illa indivisibili intelligatur ita, ut non

possint elementa nostra dividi in alia corpora completa, quæ in ipsis formaliter vel virtualiter contineantur. Licet enim elementa virtualiter, seu secundum qualitates suas & accidentia contineantur in mixtis, ut latè declaravimus in Physicis dum de materiâ primâ, mixta tamen nec virtualiter continentur in elementis. Clarius tamen hanc Aristotelis definitionem elementi explicant his verbis recentiores quidam, & sic illud definiunt: Elementum est corpus substantiale completum, excludens mixtionem ex primis qualitatibus.

Elementa vulgata, de quibus hic sermo, sunt quatuor, Ignis, qui supremum, & cælo proximum locum obtinet, deinde Aer, postea Aqua, & omnium infimo loco Terra. Quodd terra sit naturâ suâ inferior aëri & igni, nulli dubium: de aquâ dubitari posset sed controversiam dirimit Scriptura, Gen. 1. v. 9. ubi dicitur, congregentur aquæ, quæ sub cælo sunt, in locum unum, & appareat arida, ergo aqua prius operiebat terram, sed ob bonum universi, & ut relinquere aptus locus animalibus, ubi degerent, se-

Clarius elementi definitio.

II. Elementa quatuor: Ignis, Aer, Aqua, Terra.

Aqua naturâ suâ est terra superiorior.

Aqua maris non est omnimoda, sed nonnihil in globum affertur.

gregata est in unum locum. Aqua maris non est omnino plana, etiam in malacia, sed nonnihil protuberat in globum; cuius indicium est, quod si quis in speculam, vel promontorium propter mare situm ascendat, videbit navim in mari, etiam ad magnam distantiam, quam tamen stans in littore cernere non posset. Idipsum confirmat communis nautarum consuetudo, qui malum identidem conscendunt, ut naves à longè conspiciant.

II. *Datur ignis sphaerae Luna contigua.*
Esse in concavo sphaerae lunæ ignem suadet, tum quod cætera elementa habeant suam sphaeram, quidni ergo & ignis suam? deinde, videmus flammam perpetuè niti sursum in formam pyramidis, ergo sicut inde ex simili arguimus locum aëris esse supra terram, & aquam, quod nimirum semper videamus in locum supra eas niti, quidni idem dicamus de igne, qui nititur ascendere supra aërem?

III. *Ignis in sphaera propria supra aërem non foret otiosus.*
Nec foret ibi otiosus ignis, ut prætendunt aliqui, sicut nec potentia nutritiva in corporibus Beatorum: sed primò compleret pulchritudinem universi. deinde eodem modo arguere quis posset tantam copiam aëris, terræ, aut aquæ esse superfluum. Præterea, calefacit aërem vicinum, eumque à frigidis influxibus lunæ, Saturni, & aliorum siderum defendit. Licet verò hic egeat pabulo ob tot contraria, non tamen in suâ sphaerâ, ubi est tutus à contrariis. Ratio verò cur illum ibi non videamus, est ob summam raritatem. Quod autem sit ibi ignis, indicant frequentes cometæ in supremâ aëris parte ab igne illo accensi. Est etiam ignis sub terrâ, ut constat ex variis historicis; imò ignis inferni est in ipsis terræ visceribus: neuter tamen illic est naturaliter, sed ignis infernus ex peculiari Dei ordinatione est in cavernis illis conclusus, alius per accidens, ex materiâ ibi sulphureâ accensus.

V. *Causa naturalis fontium.*
Quæres, quæ sit causa naturalis fontium? Resp. plurimos per venas & poros terræ subterraneos ex mari procedere, ubi per tot lapides & angustos meatus transeundo falsedinem exuunt. Et hoc sensu facile explicatur Scriptura Eccl. 1. v. 7. dum ait, unde exeunt flumina revertuntur. Alij tamen dicunt fontes progigni aëre in cavernis terræ, & locis frigidis incluso, unde condensatur paulatim, & in aquam convertitur. Ad locum autem illum Scripturæ dicunt, flumina exire ex mari virtualiter, quia scilicet vapores ex quibus oriuntur fontes, maximâ ex parte procedunt e mari.

VI. *Elementa in sua sphaera nec gravitant, nec levitant.*
Quæres secundo, utrùm elementa in suâ sphaerâ gravitent, aut levitent? Resp. negativè, pisces enim & homines natantes sub aquis nullum sentiunt pondus. Ratio est, quia motus gravitatis & levitatis est ob bonum aliquid rei quæ levitat aut gravitat, nempe ut illam statuât in loco ipsi commodo, seu tuto à contrariis: cum ergo ibi semel elementum est constitutum, non amplius petit huiusmodi motum, sed fruitur quiete. Præterea omnes partes ignis ex. gr. sunt ejusdem levitatis, ergo licet petant esse supra omnes alias res, non tamen petit una pars ignis esse supra aliam, sibi omnino similem, & in levitate æqualem.

VII. *Terra non ita est ponderibus suis librata, ut, minimo addito pondere, moveatur.*
Idem est de terrâ quoad locum infimum, & proportionem servatâ, de reliquis elementis. Falsum etiam est quod ait Vasquez 1. 2. d. 8. r. c. 3. n. 21. Salas, & alij, additione vel minimi ponderis totam terram tremere: primò enim hoc est aperte contra omnem experientiam: nam quantumvis magnæ moles ruant, nullam tamen inde trepidationem terræ sentimus; si aliquo intervallo à ruinâ illâ distemus. Deinde, manifestum est, terram non ita esse sphaericam, nec mathematicè adeò suis libratis ponderibus, ut planè in æquilibrio locetur, quod constat ex tot montibus, & vallibus, quæ ubique in terrâ cernuntur.

Falluntur ergo qui existimant, si iis consistendi locus daretur in aëre, nonnihil à terrâ remotis, posse eos terram movere. Falluntur, inquam, hoc enim si fieri posset, quare de facto venti vehementes, tanto impetu in terram delati, eam non movent? Cur turris aliqua vi ventorum dejecta, totâ sua mole in terram ruens, eam similiter non movet? Imò hominem qui hoc modo, nonnihil à terrâ remotus staret, non existimo posse movere terram circulariter; quo enim moles est major, eo videmus majores vires ad eam etiam circulariter movendam esse necessarias: quæ ergo vires requiruntur ad totam terræ machinam hoc modo circumvolvendam?

SECTIO II.

An sint, & quid sint quatuor primæ qualitates.

Quidam apud Conimb. hic c. 3. q. 2. artic. 2. dixerunt, non dari quatuor primas qualitates, sed calorem tantum, & humiditatem: frigus autem & siccitatem nihil aiebant esse aliud, quam negationes, illud caloris, hanc humiditatis. Sed contra, si frigus, & siccitas, sint meræ negationes, ergo terra nullam omnino habebit qualitatem.

Alij apud eosdem, calorem, frigus, & humiditatem dicebant esse qualitates, siccitatem verò tantum esse negationem humiditatis. Hos ex parte sequutus videtur P. Arriaga hic d. 4. lect. 2. n. 9. qui humiditatem solum vult esse corpora, seu substantiam fluidam; siccitatem verò asserit nihil aliud esse quam huiusmodi corporum fluidorum carentiam.

Contra primò, nam ut bene Oviedo hic contr. 8. p. 5. n. 3. dum res siccas & humidas manibus tractamus, aliquid aliud sentimus præter calorem & frigus, quodque eadem re de calidâ mutata in frigidam, & e contra, in re illâ permanet, & sensum eodem semper modo afficit; sed non tangimus substantiam, immediatè, ergo dantur humiditas & siccitas à rerum substantiis distinctæ. Conf. quando quis fauces habet arentes, indeque sentit molestiam, verè aliquid percipit distinctum à substantiâ linguæ, aut palati: id verò nec est calor, nec frigus, quæ illic possunt non esse immoderate; nec tandem illic sensu percipit negationem corporis humidi, negationes enim non palantur, nec sensibus percipiuntur, ergo siccitas, seu qualitas aliqua est, quæ ipsi tunc creat molestiam.

Contra secundò, destructa vini substantiâ manet ejus humiditas, ergo est quid à substantiâ vini distinctum, Respondet n. 18. non manere humorem, sed partes accidentis cum eâ fluxibilitate quam haberent, si ibi esset substantia vini. Contra, fluxibilitas illa non est substantia, sic enim, peractâ consecratione, substantia aliqua vini remaneret, quod dici nequit, cum secundum Patres omnes, & Theologos, imò Ecclesiam ipsam, nihil in sacrosanctâ Eucharistiâ maneat præter species, seu accidentia panis & vini: cum ergo fluxibilitas illa maneat, debet esse accidens, alioqui ut dixi aliquid in Eucharistiâ maneret præter accidentia.

Quod verò si vitrum interponatur, aqua non humectet rem ex alterâ parte vitri positam, non arguit humiditatem non esse qualitatem ab aquâ distinctam, eamque non esse activam, sed non esse tam fortiter activam ut agere possit per medium tam densum; vel ad summum probat, humiditatem solum agere per contactum. Quo sensu autem dixerit Aristoteles calorem & frigus esse activa, humiditatem & siccitatem passivas, dixi supra d. 7. s. 1. n. 2.

Prima

VIII.
Licet aliquid daretur locum consistendi in aëre non posset nihil omnino terram movere.

I.
Quidam dicunt, frigus & frigus dixerunt esse tantum negationes.

II.
Alij humiditatem, & frigus negant esse qualitates.

III.
Sensu percipitur humiditas & frigus distincta à substantiâ caloris, & frigoris.

IV.
Dum quis fauces habet arentes, sentit molestiam, siccitatem.

V.
Humiditas non est accidentis substantia, sed accidentis panis & vini.

V.
Humiditas non ita activa, ac calor, aut frigus.

VI. Primæ ergo qualitates sunt quatuor, calor, frigus, humiditas, & siccitas: ideo dictæ primæ, quia communes Elementorum; & præterea quoddam aliæ, ut color, odor, sapor, & ejusmodi, ex iis oriuntur, & ad diversam earum attemperationem sequantur. Non tamen omnes qualitates ab iis oriuntur; lux enim producitur à sole ut constat, ut apparet in igne, seu flammâ.

VII. Calorem sic definit vel describit Aristoteles hic 1.2.c.2. calor est quod congregat homogenea, seu res ejusdem generis, ut constat in metallis quæ per ignem segregantur à se invicem, & quæ sunt ejusdem rationis, in unum conflunt, ut cernitur in auro, argento, stanno, plumbo, argento vivo, & aliis, quæ dum prius læbebant in eadem gleba permixta, vi ignis liquefiunt, sicque cum aliis sunt aliis ponderosiora, quæ sunt ejusdem rationis, in unum conflunt, sicque congregantur homogenea. Frigus, inquit ibidem Aristoteles, est quod congregat tam homogenea, quam heterogenea, seu quæ generis sunt diversi, ut constat in aquâ congelatâ, in quâ quidquid reperit frigus, unâ constringit, ut aquam, ligna, paleas, arbores, pisces &c. Ex his tamen definitionibus nec una nec altera videtur esse propria, sed solum aliqua eorum explicatio in ordine ad operationes, & effectus nobis notos; nam etiam aliquando calor congregat heterogenea: dum enim indurat lutum, quæcunque in eo reperit, constringit, ligna, paleas, vermes &c. non minus quam frigus in glaciæ.

VIII. Humidum eodem loco ait Aristoteles esse quod suis terminis & limitibus difficile continetur, alienis vero facile, ut apparet in aqua, quæ ex se hinc inde in omnem partem diffundit: in vase autem facile continetur, & ad illius terminos, ac figuram se sine difficultate accommodat. Siccum è contrâ, inquit, est quod suis limitibus facile, alienis difficile cohibetur, id est, sicca in se, seu suâ figurâ facile persistunt, neque hac illac disfluunt, sicut humida; ad alterius verò corporis limites, & figuram ægrè per se loquendo efformantur: ut constat in ligno, lapidibus &c. quod tamen intelligi debet de iis quæ simul sicca sunt & dura, ac inter se concreta: ignis enim non difficulter se ad sphaeræ lunæ terminos, & figuram accommodat, nec minus facile arena vasis alicujus terminis continetur, quam aqua.

SECTIO III.

Quomodo quatuor primæ qualitates conveniant Elementis.

I. Notandum, cum quatuor primæ qualitates ad certum aliquem gradum possint naturaliter intendi, (quem claritatis gratia, Philosophi, ut supra advertimus, vocant octavum) verosimile est eas petere in aliquo corpore ad gradum illum pertingere. Cum ergo non possint in mixtis, ob diversum temperamentum primarum qualitatum, quod ipsum nomen mixtionis denotat, ad gradum illum pervenire, debent hoc habere in Elementis, quibus primariò insunt. Quò posito, non videtur dubium quin ignis sit calidus, terra sicca in summo; hæc, quia in Scripturâ passim, & per antonomasiam vocatur arida, quod illi nomen ob summam siccitatem imposuerunt SS. Basiliius & Ambrosius. Deinde, cessante pluvia, videmus terram ad tantam se siccitatem reducere, ut in pulverem dissolvatur. Ignis verò est summè calidus: nullum enim aliud corpus eum in calore exæquat, ut est manifestum.

II. Difficultas est de aëre & aquâ, utri competat frigus in summo. Resp. tamen, illud competere aquæ,

Ratio est, quia frigus per se loquendo coarctat, & stringit magis partes, unde videmus per calorem communiter rarefieri res, ac dilari: per frigus verò condensari & constringi, sed aqua semper est densior aëre, ergo. Quare tribui debet aëri humiditas in summo, si ulli Elemento tribui debeat, cum nulla alia ei relicta sit qualitas, quam habeat in summo, cum tamen aliquam habere verosimiliter debeat, non minus quam cætera elementa. Uterius etiam probatur, quia aër difficilius continetur suis terminis quam aqua, estque illâ fluxibilior, ergo & humidior. Tandem in hanc sententiam feror, quia non video commodiorem primarum qualitatuum inter elementa distributionem.

Dices; aqua magis humectat quam aër, ergo est humidior. Contrâ, sic etiam magis frigefacit, ergo malè ei negatur frigus in summo, quod tamen ab iis sit qui hoc objiciunt. Magis ergo humectat aqua ob majorem constipationem partium; ut ferrum calefactum magis calefacit quam ignis.

Dices secundò; si ex densitate desumi possit argumentum ad probandum excessum frigoris, ergo terra deberet esse frigida in summo, cum habeat partes maximè constipatas. Resp. terram non habere partes magis constipatas, quam habeat aqua, ut patet primò ex rarefactione, potest enim palmus aquæ latius extendi per rarefactionem, quam palmus terræ. Deinde, terra est magis porosa, ergo illius partes non sunt adeò constipatæ, ac partes aquæ.

Dices tertio; aër in quibusdam regionibus noctu redditur valde frigidus: item in mediâ regione aëris, & in montibus editissimis aër est frigidior: unde ibi, mediâ etiam æstate, in regionibus calidissimis videmus jacere, & conservari nivem, quod signum est aërem illic, dum remouetur à contrariis, ad nativam se frigiditatem reducere. Contrâ, ergo aër in domo aliqua undique parietibus clausâ, deberet esse intensè frigidus, cum remouetur à contrariis, cujus tamen contrarium docet in dies experientia. Provenit ergo frigus illud in aëre, vel à stellis quibusdam, & planetis frigidis, vel à vaporibus aqueis undique cum aëre permixtis. Idem est de mediâ regione aëris, quò frigidi illi vapores fluunt, ut fugiant contrarium, ibi enim sunt maximè remoti à contrariis, à reflexione scilicet solis, & actione ignis in concavo sphaeræ lunæ, quæ communiter statuuntur tanquam limites mediæ regionis aëris, ac proinde etiam ibi liberius possunt stellæ & planetæ frigiditatem suam influxum in aëre producere.

Dices quartò; aqua pluvialis humectat aërem cadendo, ergo est illo humidior. Nego antecedens, si quo sensu per humectare aërem intelligatur producere in eo humiditatem. Solum ergo hoc sensu humectat aërem, nempe relinquendo in eo vapores quosdam aqueos, & crassos, qui permixti cum aëre reddunt illum magis aptum ad producendum humiditatem in corporibus, quibus applicatur, ut in lapidibus cernitur ab aëre subinde humectatis, qui propterea dicuntur sudare hyeme, licet hoc ex parte refundi possit in frigiditatem lapidum, qui per illam, applicatum sibi aërem nonnihil condensant, & in aquam vertunt. Congelatio autem aquæ non provenit ex solo illius frigore, sed ex siccitate aliqua admixtâ, aut aliâ qualitate: multæ enim res non ita frigide atque aqua, congelantur, ut mel, lac, oleum &c. acetum verò, quod est frigidissimum, nunquam congelatur. Imò communiter dicunt, si daretur purum elementum aquæ, illud non congelandum, sed mansurum liquidum.

Habet ergo ignis calorem in summo. & siccitatem propè summum, seu ut sex: aër humiditatem in summo, & calorem similiter propè summum: aqua frigus

Tempera-
mentum pri-
marum
qualitatum
in elementis.

frigus in summo, & humiditatem propè summum : terra siccitatem in summo, & frigus propè summum. Tertiam verò qualitatem, quæ compleat numerum graduum in qualitate citra summum, ut duos gradus humiditatis in igne, frigiditatis in aëre &c. licet evidenter convinci non possit elementis non inesse, probabilius tamen est non habere ea, dum sunt in statu suo connaturali, nisi duas, tum quia essent aliquo modo mixta, tum quia qualitas illa tertia nulli usui esset, in elemento, & consequenter procedere nequit ab intrinseco, seu peti à naturâ elementi. Ab extrinseco autem recipere possunt elementa aliam qualitatem, sicut & aliquid illius, quam habent in summo, amittere.

SECTIO IV.

Inquiruntur alia quadam circa Elementa.

I.
Quæ quali-
tates dicantur
symbolica.

Qualitates
elemento-
rum non dis-
tinguuntur
specie à qua-
libet mixtorum.

II.
Elementa
symbolica, &
dissymbolica.
Inter ele-
menta dis-
symbolica non
sunt immédia-
tus transitus.

III.
Ratio est,
quia elemen-
tum conver-
sionem per-
venit prius
ad tempera-
mentum ele-
menti sym-
boli, quam
dissymboli.

Quæres, utrùm qualitates symbolicae Elementorum, seu quæ in duobus elementis reperiuntur, calor v.g. in aëre & igne, frigus in terrâ & aquâ, &c. sint ejusdem speciei inter se, & cum similibus qualitatibus mixtorum? Resp. affirmativè, nam calor aëris intenditur, & augetur ab igne, vel sole, & tam calor productus à sole in stupâ est dispositio ad ignem, quàm productus ab igne. Item ignis intendit calorem animalis, & aliorum mixtorum, ergo producit in eis calorem ejusdem speciei cum præcedente. Præterea, experientiâ constat, pullos avium excludi in fornace per calorem moderatum, ab igne productum, non minùs quàm per calorem naturalem ipsarum avium. Dices; radios solis ignem extinguere, & illius calorem destruere, ergo calor productus à sole est diversæ speciei à calore ignis. Resp. si hoc ita sit, non inde procedere, quòd sol in igne illo producat ulteriorem calorem, sed quòd aliam aliquam qualitatem in materiâ illâ producat, igni & illius calori repugnantem.

Quæres secundo: utrùm inter Elementa dissymbolica possit esse immediatus transitus unius in aliud, nam de symbolis non est dubium quin possint in se invicem immediatè transire. Elementa symbolica vocantur, quæ in unâ qualitate conveniunt, ut aër & ignis in calore, aër & aqua in humiditate, &c. Elementa dissymbolica sunt, quæ nullam qualitatem habent communem; ut ignis & aqua. Resp. itaque non posse inter elementa dissymbolica fieri immediatum transitum.

Ratio à priori est, quia quando Elementum dissymbolicum agit in aliud, ignis v.g. in aquam, prius pervenit materia illius aquæ ad temperamentum aëris, vel vaporis cujusdam, quàm ad temperamentum ignis, ut est manifestum, nam cum minore calore stat forma aëris, quàm forma ignis. Deinde, parvam aliquam particulam aquæ in ignem injectam videmus prius converti in vaporem quendam, quàm in ignem.

SECTIO V.

An sit, & quid sit mixtio.

I.
Mixtio est
miscibilium
alterationum
unio.

Mixtionem definit Aristoteles quod sit miscibilium alterationum unio: id est, mixtio est unio materiae diversorum elementorum alterationum accidentaliter, per diversum scilicet temperamentum primarum qualitatum, & generationem formæ sub-

stantialis mixti, quæ est propria & philosophica acceptio mixtionis: vulgariter enim vocatur mixtio, quoties unus liquor miscetur alteri per motum localem, ut aqua lacti, vel vino, licet nulla fiat substantialis mutatio in formis. Quo autem mixta magis vel minus recedunt ab elementis, sunt magis vel minus propriè mixta. Unde homo, equus, leo, & alia hujusmodi sunt mixta propria; nix, grando, & alia hujusmodi, impropria, & imperfecta.

Requirunt verò mixta, ut sint perfecta, temperamentum omnium primarum quatuor qualitatum. Temperamentum hoc est duplex: ad pondus, ut aiunt, seu quando omnes quatuor primæ qualitates secundum gradus æquales in re aliquâ reperiuntur, & ad justitiam, quando scilicet una quæque res habet temperamentum illud quod requirit, sicque datur unicuique quod suum est, & servatur aliquo modo justitia distributiva. Si verò res aliqua requirat temperamentum æquale omnium quatuor primarum qualitatum, temperamentum illud erit simul ad pondus & ad justitiam.

Quæres, utrùm dari possit temperamentum ad pondus? Quoad primas qualitates videtur non repugnare, quidni enim ita artemperari inter se primæ qualitates possunt, ut ex singulis sint in subjecto aliquo quatuor gradus? Imò dicunt aliqui hoc esse optimum omnium temperamentum, & homini, composito omnium perfectissimo, maxime proportionatum, utpote maxime conducens ad sensum tactus: si enim aliqua qualitas valde excederet, non posset organum tam perfectè sentire, ac discernere omnes quatuor qualitates in passis applicatis. Unde dicunt aliqui, de facto Christum Dominum habuisse hoc temperamentum ad pondus, cum sensum tactus habuerit perfectissimum: imò nonnulli idem asserunt de Beatissima Virgine, & Adamo.

Circa temperamentum ad pondus in gravitate & levitate, videtur secundum hunc statum rerum naturaliter repugnare, cum nullus possit rei illi assignari locus proportionatus. Non est tamen cur quis illud existimet divinitus implicare.

De temperamento, seu complexione primarum qualitatum, multa hic eruditè Conimb. ex quibus cum communi omnium sententiâ notandum primò, temperamentum seu complexionem ad ingenij perspicacitatem & prudentiam accommodatissimam ex bilis & melancholicæ permixtione constare: quod probat illud Galeni primo de naturâ humanâ, ubi ait, anima acies & intelligentia à bilioso humore oritur, constantia & firmitas à melancholico.

Secundò notandum, quomodo intelligendum sit quod ex Aristotele refert Cicero, nempe, melancholicos ingeniosos esse, & eos qui ingenio claruerunt, sive in Philosophiæ studiis, sive in Repub. administrandâ, sive in carmine pangendo, aut artibus exercendis, melancholicos fuisse: hoc enim intelligendum est, modò non nimium prædominetur humor melancholicus, tunc enim mentem degravat, & ob insaniam redigit: moderatus tamen juvat ad constantiam.

De his plura Conimb. l. 2. c. 8. per quatuor questiones, præcipuè q. 4. a. 1. ubi etiam de iis quæ ingenio vel obsunt multum, vel profunt, fusam & curiosam disputationem instituunt, ad quos, curiosos harum rerum exploratores remitto. Nos aliò vocamus.

DISPUTATIO XIII.

De impulsu.

SECTIO PRIMA.

Discutiuntur nonnulla circa naturam Impulsus.

I. *Motus naturalis provenit ab intrinseco. Vnde proveniat violentus.*
QUæ naturaliter moventur, aguntur à principio intrinseco, ut ignis & aer sursum à levitate feruntur, aqua, terra, lapides, metalla, & ejusmodi deorsum à gravitate, utrique rebus hisce intrinsecis. Quæstio ergo præsens procedit de motu violento, ut dum lapis, aut res alia gravis projectur sursum, vel etiam supra terram rotatur, utrum scilicet moveatur ab impulsu ei à projiciente impresso, an aliunde.

II. *Aliqui motum violentum tribuunt solis partibus ætheris moti.*
 Prima sententia negat fieri motum illum ab impulsu, sed à medio, in quo res illa movetur, ab aëre scilicet, vel aqua: manus enim, inquit hujus sententiæ auctores, projectantis lapidem sursum, movet partes aëris sibi proximas, quæ motæ movent sequentes, & illæ alias, quæ à tergo semper recurrunt, ut impediunt vacuum, sicque lapidem propellunt, eumque eousque ferunt, donec valde à primis partibus motæ, languent paulatim, sicque gravitati lapidis impares, eum ulterius ferre eum non possint, cedunt, & cadere permittunt. Ita ex antiquis Averroës, Simplicius, Themistius, & alij: Major in 2. d. 13. q. 7. quam etiam sententiam defendit Pererius l. 14. c. 5.

III. *Motus lapidum projecti fit per impulsum ei à projiciente impressum.*
 Secunda itaque, & vera sententia affirmat, motum illum lapidis non ab aëre, seu medio fieri, sed à qualitate quadam ei à projiciente impressâ, per impulsum scilicet ab eodem in lapide productum. Ita Alb. Mag. 8. Phys. t. 8. c. 1. Capreol. in 4. d. 1. q. 1. ad 3. Scotus l. 8. Phys. q. 3. ad 2. Tol. l. 8. Phys. t. 8. 3. Conimbl. 7. Phys. c. 2. q. 1. a. 8. Rubius l. 8. Phys. c. 10. tract. 2. q. 1. n. 5. Murcia l. 8. Phys. d. ult. q. 1. §. secunda tamen. Ariaga hic d. 4. f. 5. n. 16. Oviedo Contr. 20. Phys. p. 1. n. 2. & alij. Mens Aristotelis hac in re est dubia.

IV. *Ratio est, quia nihil aliud est præter impulsu, quod motum illum violentum producat: non aër, ut ostensum est n. 2. & præterea incredibile videtur posse aërem solum tantâ vi movere globum è tormento bellico excussum. Deinde, lapis ipse sursum projectus non potest esse illius motus causa, cum sit ipsi violentus. Projiciens etiam nequit per se, & immediate esse causa illius motus, tum quia post primam motus productionem distat, tum quia si post primam lapidi sursum projecto impressionem factam, moveretur, lapis eodem modo moveretur. Signum ergo est moveri lapidem, non à projiciente immediate, & per se, sed per aliquid ab eo relictum, impetum scilicet eidem impressum.*

V. *Impetus realiter distinctus à gravitate, & levitate.*
 Quæres, utrum impulsus distinguatur à gravitate & levitate. Resp. affirmativè. Ratio est, quia gravitatem & levitatem videmus diu in rebus permanere, impetus autem nunquam diu persistit, quandoque citissime transit. Deinde, gravitas & levitas sunt subjectis suis naturales, & vel cum illis identificantur, vel ab eis promanant: impulsus sæpè est violentus, semper provenit ab extrinseco. Tertiò gravitas & levitas sunt virtutes ad certum locum motivæ, impetus fertur vagè, & nunc in hanc partem, nunc in illam, nullo discrimine.

SECTIO II.

De motu resiliencie.

I. *Prima sententia affirmat motum resiliencie.*
QUæstio est, à quo moveantur projecta dum resiliunt: pila ex. gr. dum ad parietem allisa, versus projicientem retrocedit? Murcia l. 8. Phys. d. ult. q. 6. §. secunda tamen. Oviedo contr. 20. Phys. p. 4. & alij

nonnulli existimant resilienciam illam provenire, non ab impetu à projiciente producto, sed à novo impulsu, à corpore obistente eidem impresso.

II. *Secunda sententia affirmat, motum illum resiliencie provenire effectivè non à corpore obistente, sed ab impulsu à projiciente pilæ impresso. Ita Aristot. l. 8. Phys. c. 4. tex. 32. S. Thomas ibid. Rubius l. 8. Phys. c. 10. tr. 2. q. 5. n. 30. Scotus, Tol. Conim. & alij.*

Dico primò: motus resiliencie semper, partialiter saltem, provenit ab impetu producto à projiciente. Ratio est, quia impetus ille pilæ à projiciente impressus, non statim torus perit, dum pila ad parietem alliditur, ergo cum impediatur quo minus rectâ ferat pilam ulterius, impellit eam quâ potest, nempe versus projicientem.

Dico secundò: corpus obistens, licet plerumque ad motum illum resiliencie concurrat merè per modum conditionis, & non efficienter, aliquando tamen concurrat effectivè, novum scilicet impetum in corpore resiliencie producendo. Prima pars probatur: cum enim corpus obistens sit plerumque planè immotum, non apparet quomodo possit impetum in alio corpore producere, sed merè habere se videtur passivè, seu per modum impedimenti. Secunda verò pars, quod scilicet corpus obistens nonnunquam ad motum resiliencie concurrat effectivè, probatur, dum scilicet duo corpora sibi occurrentia, se à se invicem repellunt, ubi neutrum habet se per modum solius impediens, sed etiam agentis: utrumque enim rem sibi obistentem repellit, & impetu per motum impressore verberat.

Dices cum P. Oviedo citato n. 2. si motus ille resiliencie proveniat ab impulsu impresso à projiciente, ergo etiam si incideret res projecta in aliquid molle, eodem modo resiliiret: cujus tamen contrarium indies cernimus. Contrâ, quæro, cur in aliâ sententiâ corpus molle, in quod impingit res projecta, non tantum impetum in eâ producat, ac producit durum. Si dicas, quia ob mollitiem ad hoc non est aptum: idem dicam ego, corpus scilicet illud ob mollitiem non eodem modo resistere, sed cedendo, & impetum hoc modo enervando, ac frangendo: quod à rebus mollibus multò magis fit, quàm à duris, ut constat experientiâ.

Dices secundò, quando aliquid deorsum projectum resilit, non potest motus ille resiliencie provenire ab impetu impresso à projiciente, sic enim idem esset principium motuum contrariorum, motus scilicet sursum & deorsum, quod non magis fieri potest quàm ut idem sit principium caloris & frigoris. Resp. tamen, utrumque motum ab impulsu à projiciente impresso procedere. Ad probationem dico, motum sursum & deorsum non differre specie, nec esse propriè, & per se oppositos, sed solum per accidens, unde & uniri, ac inter se continuari possunt, & in unum motum coalescere, ut supra diximus d. 7. f. 4. Et ulterius constat in motu à magnete in ferro producto: magnes enim illud dextrorsum, sinistrorsum, versus Orientem & Occidentem, & in omnem partem motu non interrupto trahit, cum tamen hi motus non minùs sint oppositi, quàm motus sursum & deorsum. Quod adhuc clariùs constat dum quis circum ducit in pariete.

Dices tertiò; saltem quando pila, nullâ vi impressâ, è manu in terram lapsa resilit, non potest motus ille ascribi gravitati pilæ; gravitas enim non potest magis esse causa motus sursum, quàm ignis frigoris: ergo tunc saltem dici debet corpus obistens motum illum

produci à corpore obistente.

II. *Secunda sententia affirmat, motum illum resiliencie provenire ab impulsu impresso à projiciente.*

III. *Motus resiliencie provenit, saltem partialiter, ab impetu à projiciente.*

IV. *Corpus obistens plerumque est tantum conditionis.*

Aliquando corpus obistens concurrat ad motum effectivè.

V. *Cur res projecta, incidens in aliquid molle, non tantâ vi resiliat.*

VI. *Motus sursum, & deorsum non sunt propriè oppositi, nec differunt specie, unde ab impetu impresso à projiciente possunt procedere.*

VII.

prove-
nit motus
dum pilam
nulla vi ei
impressam
terram ca-
dens resistit.

illum producere, & non esse merum impedimentum. Resp. gravitatem non esse causam motus illius sursum in pilâ sponte quasi cadente, nec tamen ascribi potest motus ille corpori obfistenti, ob iam dicta. Dum ergo pila in terram lapsa ascendit, causa illius motus sursum sunt primò partes ipsæ inferiores pilæ quæ dum nonnihil compressæ, ad situm, se naturalem subitò reducunt, pilamque trahunt, sicut arcus vi attractus, dum se ad naturalem situm reducere nititur, excutit sagittam. Deinde, resiliencia illa pilæ ascribi etiam ex parte potest aëri inter partes aliquas pilæ, & terram interposito, qui violenter condensatus, dum se ad raritatem sibi debitam reducit, pilam repellit. Tertio, reduci potest in impetum, quem pila cadendo in se producit.

VIII. De quiete in puncto reflexionis. De motu reflexo, & peculiariter utrum detur quies in puncto reflexionis, dictum est supra, d. 7. sec. 4.

SECTIO III.

Alia quadam de natura Impulsus.

I. Ad impulsu-
sum produ-
cendum non
semper re-
quiritur mo-
tus localis in
eo qui im-
pulsu pro-
ducit.

Quæres primò, an ad Impulsu producendum requiratur motus localis in re impulsu producente? Resp. non semper requiri, ut patet in magnete, cujus una pars extremum acus a se tactum per virtutem eidem impressam ad se trahit, alterum extremum à se remouet, & è contrâ, magnete tamen semper immoto. Tunc ergo solùm ad impulsu producendum requiritur motus localis, quando impulsu producitur per virtutem motivam corporis impetum illum imprimantis. Quia de causâ negavimus sec. præcedente n. 4. posse corpus obfistens impulsu in corpore resiliencie producere, sic enim pilam lentè sibi applicatam repelleret, ut magnetem proximè diximus repellere ferrum, & virtus expulsiua & attractiua in corpore animalis, attrahit sibi conducentia, noxia expellit: ipsa tamen remanet immota.

II. Impulsus, per
se loquendo
producitur
in instante.

Quæres secundò, producaturne impetus in tempore, an in instante; seu successivè, an simultaneè? Resp. impulsu sæpè produci in instante, ut in exemplo magnetis constat, nullum enim est fundamentum magis dicendi impulsu tunc produci successivè, quàm lucem, cum non magis habeat contrarium quàm lux. Frequenter tamen impetus producitur per accidens successivè, quia scilicet causa illum produ-

cens successivè applicatur, eumque per motum localem producit: ut dum quis cymbam in aquâ, aut lapidem supra mensam successivè impellit. Sicut etiam interdum eandem ob causam producitur successivè, dum scilicet luminosum partibus medijs, non simul, sed successivè admovetur, ut contingit in sole Oriente.

III. Impulsus
corruptus
successivè.

Quæres tertio, utrùm impulsu corrumpatur in tempore, an in instante? Omisissis variis dicendi modis minus probabilibus, qui videri poterunt in autoribus proximè citandis, dico impetum non in instante, sed successivè corrumpi: ita Gab. in 3. d. 13. Ockam in 4. q. 12. a. 2. ad 3. Rubius l. 8. Ph. c. 10. tr. 2. q. 3. n. 23. Murcia l. 8. Ph. d. ult. q. 5. P. Oviedo cont. 20. Ph. p. 2. n. 8. & alij communiter.

IV. Res quam
petunt brevi
transiunt,
pore durat.

Ratio est, quia licet impetus non habeat contrarium, sicut tamen sunt quedam entitates, quæ licet non habeant contrarium, petunt nihilominus unum tantum instante manere, ut duratio quâ Petrus, vel Angelus correspondet huic instanti, ita possunt esse aliæ, quæ quamvis non habeant contrarium, petunt per exiguum saltem tempus persistere, sintque ut ajunt, brevis ævi: & hujusmodi, ut constat experientiâ, est impetus. Idem est de luce in lapide quodam Bononiensi: hic enim, ubi foli fuerit aliquandiu expositus, & lucem ab eo in se productam acceperit, si postea amoveatur à sole, & in loco obscuro collocetur, lucem adhuc ad tempus retinet, quæ tamen postea ex se paulatim deficit, quamvis nullum habeat contrarium. Hæ ergo res sunt ex naturâ suâ defectivæ, petuntque ut ad breve solummodo temporis spatium conserventur: unde Deus ut autor naturæ, quique res omnes conformiter ad ejusque exigentiam conservat, post breve tempus suum ab iis paulatim concursum subtrahit, sicque sensim pereunt.

Lapsu Bononiensi.

Non tamen ita in impetum & similia imperfecta, brevem earum existentiam reduco, quasi velim hanc rebus statutam esse legem, ut quo quæque est perfectior, eò diuturnior, quod imperfectior brevior sit durationis: res enim longè imperfectiores frequenter multò diutius durant perfectioribus, ut arena lilio, vel rosâ, æs, ferrum, lapis, equo, leone, homine.

V. Non quo res
sunt perfectiores,
diutius durant.

DISPUTATIO XIV.

De gravitate, levitate, & motu, tam elementorum, quàm mixtorum.

SECTIO PRIMA.

Resolvuntur quedam circa gravitatē & levitatē.

I. Ordo universi
versipati in
omni reme-
dia fini pro-
portionalia.

Ordo universi, & recta rerum constitutio postulat, ut suis quæque locis aptè disponantur, hæc summum, imum illa, nonnulla medium locum occupent. Ut ergo hic finis commodius obtineatur, singulis, ut suo se loco constituent, apta esse debent media, his gravitas, levitas illis, uniuscujusque naturæ, & exigentiæ proportionata. De his ergo quid sint, & quo pacto elementis conveniant, hic inquirendum.

II. Quid sint
gravitas, &
levitas.

Quæres primò, quid sit gravitas & levitas? Aristoteles l. 4. de cælo, c. 1. tex. 6. ait, id dici leve, quod sursum, grave quod deorsum fertur: intellige, naturaliter, & nullâ vi ab extrinseco, seu violentiâ impressâ. Ad id, id esse gravissimum, quod loco infimo, levissimū, quod summo, naturaliter se collocat. Ea demum quoad gravitatis, & levitatis mensuram media esse asserit, quæ, quoad situm, medium in universo locum possulant. Et ergo gravitas, ad locum inferiorem, levitas ad altiorem inclinatio, & vis in actu primo motiva.

III.

Quæres secundò, sintne gravitas & levitas quali-

tates, seu accidentia, an ipsæ potiùs rerum gravium & levium substantiæ, per se immediatè motum sursum & deorsum producentes? P. Arriag. hic d. 4. s. n. 73. ait gravitatem & levitatem non distingui à rerum gravium & levium substantiis. Communis tamen sententia asserit eas esse qualitates à rerum substantiis distinctas. Ita Arist. hic l. 2. c. 2. tex. 8. quem sequitur S. Thom. Conim. l. 2. Gen. c. 3. q. 4. a. 2. §. Ad primum: P. Hurt. de opere sex dier. d. 3. s. n. 59. 60. & 61. P. Oviedo Cont. 8. de Gen. p. 7. n. 10. & alij omnes.

Utrum gra-
vitas, & le-
vitas sint
qualitates à
rerum gra-
vium, & le-
vium sub-
stantiis
distinctas.

Probabilior mihi videtur secunda sententia. Dico itaque gravitatem & levitatem esse qualitates à substantia rerum gravium & levium distinctas, ortas ex raritate & densitate cum tali combinatione primarum qualitarum conjunctis. Moveo primò: quia hæc est communis sententia Philosophorum, quod sine dubio magis momenti est ad opinionem aliquam amplectendam, ubi validissima in contrarium argumenta non afferuntur.

IV. Gravitas, &
levitas sunt
qualitates à
substantiis
distinctas.

Secundò idem probatur: manente eadem formâ substantiali perit gravitas, ergo non identificatur cum formâ substantiali. Antecedens probatur, vapores enim sunt realiter aqua, ut ex eo constat, quod tam facile

V. Manente
formâ sub-
stantiali per-
it gravitas,
ergo non
identificatur
cum formâ.

ilè ad priorem suum statum redeant : qua de causa omnes glaciem dicunt esse substantialiter aquam, & tamen vapores, seu aqua novis illis accidentibus affecta amisit suam gravitatem, ut constat, imò acquilivit levitatem, quā, non supra aquam tantum, sed etiam supra aërem ascendit, ergo gravitas & levitas non sunt ipsae formae substantiales, sed qualitates ab iis distinctae.

VI. Quæres tertio, utrū gravitas, & levitas distinguantur specie? Qui eas cum formis substantialibus identificant, necessariò affirmare debent pro diversitate specificā formarum gravitatem & levitatem distinguere: unde, in illā sententiā gravitas ferri specie distinguitur à gravitate lapidis, aut ligni. In nostrā autem sententiā, licet gravitas specie distinguatur à levitate, existimo tamen gravitates rerum specie distinctarum non distinguere specie, sicut alias qualitates, ut calorem, frigus &c. habent ejusdem speciei, licet substantiæ ipsæ sint valde diversæ, ut ignis, aër &c.

VII. Dices; minima pars ferri, aut plumbi aquæ superposita subsidit, cum tamen lignum, etiam ponderosissimum, trabes ex.g. aquæ supernatet, ergo hæc qualitates sunt diversæ speciei. Nego consequentiam, idè enim lignum non subsidit, quia plurimos habet poros, in quibus inclusus aër impedit ne subsidat; ferrum autem vel nullos, vel paucissimos habet poros, ut omnes fateantur.

SECTIO II.

Utrū omnia gravia aequali velocitate per se deorsum decendant.

I. Affirmat P. Arriaga hic d. 4. s. 5. n. 93. aitque sibi experientiā compertum esse res formā, figurā, magnitudine, & gravitate diversissimas ex alto decedentes, ut crustulum panis duorum digitorum, & lapidem prægrandem, æqualiter deorsum moveri, & æquè citò ad terram pertingere.

II. Alios nihilominus video, & doctos, & harum rerum non incuriosos indagatores, qui hac de re etiamnum dubitent, & experientiis illis errorem subesse suspicentur. Imò à fide dignis, qui ex hac ipsa occasione præcaltā turri, aurā pacatā, loco ac tempore ad hoc probandum accommodatissimis, sæpius res hujusmodi decidere permiserunt, accepi, centies se expertos id quod erat gravius, aliud prævertisse, & prius ad terram pervenisse.

III. Merito proinde experientiis (nisi omnino claris, quæque ab omnibus admittuntur) diffidimus, utpote in quibus frequenter aliud non experiuntur homines, quàm se fuisse deceptos. Sic, ut in Physicis vidimus, d. 36. f. 3. n. 6. fundum lebetis aquā calidissimā & maxime ebulliente pleni, P. Arriaga tam calidum est expertus, ut à nemine tangi posset: P. Oviedo è contrā, tam moderatè illud calidum invenit, ut omnes sine difficultate manum diu ei tenerent admodum. Nonnulli experiuntur plures candelas sibi appositās, lucem sibi invicem intendere. P. Arriaga, ut supra vidimus, d. 10. f. 6. n. 2. expertus est contrarium. Hujusmodi ergo experientiæ nihil efficiunt: quandoque enim sunt ex utrāque parte experimenta, sunt ex neutra. Merito itaque hic iterum cum Hippocrate quis dixerit, ut loco proximè citato adverci, experimentum fallax, iudicium difficile.

IV. Ubi verò experientiæ experientis opponuntur, litem deciderat ratio: quæ sine dubio validissima est ad probandum rem: quo gravior est, eò, per se loquendo, velocius cadere, & prius ad terram pertinere. Primò enim hoc in omnibus aliis rebus videmus: ignis siquidem magnus citius calorem intenfum in passo applicato producit, quàm parvus. Ho-

mò, quo fortior, eò pondus citius levat; quo agilior, velocius movetur, alioque cursu cum eo contententes superat, si totas vires exerat, sicut res graves semper & necessariò exerunt suas.

Probatur secundò: quo rei alicui major impetus imprimitur, eò velocius movetur, ergo & quo major est gravitas, cum hæc non sit causa minis necessaria, quàm impulsus. Conf. lapis cadendo in se impetum producit, & quo diutius cadit, eò majorem sibi impulsum imprimit, ut fatetur P. Arriaga, n. 106. & in corpore graviore major impetus cadendo producit, quàm in minis gravi, ergo ratione hujus majoris impetus, celerius movebitur id quod est magis grave, esto (quod tamen est falsum) ratione majoris gravitatis præcisè, celerius non moveretur.

Respondet num. 102. impulsus illum non juvare gravitatem ad motum deorsum producendum, impulsus enim, inquit, ab extrinseco non videtur augere motum naturalem. Contrā, quando quis in loco edito consistens lapidem manu terram versus projicit, lapis ille multo celerius movetur, quàm ab innatā gravitate motus fuisset, si nimirum solum permissus fuisset è manu delabi: ergo impulsus ab extrinseco augere potest motum naturalem. Contrā secundò, in aliis rebus causæ extrinsecæ augent motum naturalem, ergo & hic idem potest contingere. Antecedens probatur, dum aqua calefacta ponitur in loco frigido, ut in mediis nivibus, vel vento frigidissimo exposita, ventus & nives eam juvabunt ut citius frigus suum recuperet, ergo causa extrinseca juvare rem aliquam potest ad motum naturalem.

Tertio probatur: quo aliquid habet majores vires, eò citius vincit rei sibi objectæ resistantiam, ergo gravitas major citius aërem dividit, & ejus resistantiam superabit. Respondet num. 96. corpus levius non obistere corpori graviore per illud descendenti, imò, inquit, potius motum illius promovet, conatur enim supra lapidem, & rem omnem se graviorem ascendere.

Contrā primò, dum res gravis magnā celeritate ex loco edito decedit, auditur sibilus quidam, ac strepitus ex sismo aëre proveniens, ergo aër aliquo modo obstat. Contrā secundò, si quis faciem subitò cælum versus elevert, videbit illius flammam ex aëris resistantiā penè extinctam, imò candela frequenter hoc modo extinguitur, & tamen non est minis connaturale aëri esse infra flammam ignis, quàm esse supra lapidem, ergo.

Contrā tertio, si aër non omnimò impediatur, ergo solium chartæ tam citò cadet ac lapis: sola enim ratio cur id non præster, sed subinde interstiat, est resistantiā aëris, ergo aër similiter aliquantulum impedit alia corpora. Contrā quartò, videmus aquam ex loco sublimi dejectam in varias partes dividi ex aëris resistantiā: quæ etiam est causa cur aqua è nubibus guttatim deciderat, & dissolvatur in pluviam.

Contrā quinto, si hoc verum sit, medium scilicet levius non obistere rei graviore per illud decedenti, sequeretur aquam ferro cadenti non resistere, sed illius motum promovere, æquè enim conatur esse supra ferrum, ac aër supra lapidem. Sed hoc apertè videtur falsum: si enim quis, magna etiam vi, particulam ferri in aquam deiciat ad tres vel quatuor tantum pedes altam, ferrum illud vix notam ullam terræ in imo imprimet. Manifestum ergo videtur aquam in his casibus resistere, ergo rebus etiam gravibus cadentibus, quāvis minis, resistit aër. Hinc etiam experimur, si quis planā parte asseris, seu stibello, etiam ex ligno, vel ferro confecto, aërem percutiat, aliquam eum difficultatem percepturam, & auditurum etiam strepitum, licet nec hunc, nec illam tantam, ac si eadem ratione percuteret aquam.

SECTIO

SECTIO III.

Probatur alterius motus inaequalis gravium, & quodam inferuntur.

I. Res, quo leviores, celerius feruntur sursum, ergo quo graviore, feruntur deorsum.

Quartò probatur res, quo graviore, eo celerius moveri deorsum. Res, quo leviores, eo celerius moventur sursum, ergo quo graviore celerius tendunt deorsum. Consequentia est clara, antecedens probatur, ignis enim multò celerius movetur sursum, & cælum versus ferrur, quàm fumus aut vapores ex variis rebus vi ignis expressi, aut etiam quam nebula, sole oriente, ergo. Antecedens constat, tum in aliis rebus, tum in fustilibus, ut vocant, seu flammis illis missilibus, quæ ex nitrato pulvere, cum aliis rebus temperato accensæ, vehementissimo motu cælum versus instar fulminis feruntur, & in ictu ferè oculi maximum spatium efficiunt, quodque amplius est, res secum satis ponderosas deferunt. Secundò probatur idem antecedens: si enim vesica plena aëre, & particula ligni ejusdem magnitudinis, infra aquam funiculo aliquo in fundo ligatæ detineantur, scisso funiculo illico ascendunt, sed multò celerius vesica, ut constat experientia: ergo res leviores celerius feruntur sursum, ergo & res, quo graviore, eo tendunt celerius deorsum.

II. Dices: partes rei gravius agunt singula, & non per modum unius.

Partes rei levius agunt per modum unius, ergo & rei gravius.

III. Rei alia concurrunt per modum unius, ergo & partes rei gravius.

IV. Quis hic est magna fides.

V. In rebus diversæ rationis est partes non agerent per modum unius, adhuc quid est graviore, caderet celerius.

VI.

Dices: partes ferri, ligni, aut lapidis cadentis non concurrunt ad motum per modum unius principij, sed quælibet pars per se agit, seque solam trudit deorsum, non aliam, sicque non majori celeritate fertur versus centrum, quàm si aliæ partes ei non conjungerentur. Contrà primò, gratis namque hoc dicitur: quæ enim est major ratio cur partes rei gravius, ferri ex. g. agant singula, & non omnes per modum unius in motu deorsum, quàm partes rei levius, ut ignis, in motu sursum? certe non existimo posse solidam esse hic differentiam assignari.

Contrà secundò, res aliæ agunt per modum unius, ut ostensum est sect. præcedente, num. 4. Imò hæc ipsæ res in aliis operationibus agunt per modum unius, si enim minima aliqua pars ferri limâ abrasa ponatur in magnâ aliquâ distantia, non videbitur, nec speciem sui ad oculum per medium illud trahiet: si verò plures & plures similes partes ei adjungantur, jam speciem sui per totum spatium illud producit, ergo simul cum ea agunt reliquæ partes, & cooperando, actionem qua speciem producit, simul cum eâ efficiunt, de quo plura in libris de Anima, dum de speciebus: ergo & simul cum eâ concurrunt eadem actione ad motum.

Contrà tertio, ergo si pulvisculus aliquis, vel arenula, & lapis aliquis molaris simul è concavo lunæ cadere sinerentur, pulvisculus ille vel arenula tam citò ad terram perveniret, ac lapis molaris. Credat hoc, qui volat; sanè opus est magnâ fide.

Contrà quartò, quoad res enim diversæ rationis manet adhuc tota difficultas, ut in duobus globis ejusdem magnitudinis, vel in duobus, siquis velit indivisibilibus, quorum unum sit auri, alterum ligni: nulla enim est ratio cur indivisibile auri non cadat celerius indivisibili ligni, cum in gravitate, & potentia motiva decuplo illud superet, ergo hic etiam indivisibilia, vel etiam partes globi aurei, & lignei cadant singula, adhuc unum indivisibile, vel globus multo celerius cadet quàm alter, cum singula partes, & indivisibilia unius globi longè plus in se habeant ponderis, quàm singula partes, & indivisibilia alterius.

Hinc infero primò: etiam si pondera hæc moverentur in vacuo, adhuc id quod plus in se habet gra-

vitatis, celerius movendum; quò enim vis motiva etiam in est major, ed majorem, seu velociorem motum producit: hoc enim videtur principium per se notum, ubique causa necessaria est perfectior, producit perfectiorem effectum, cum omnes necessarii vires exerat, & operetur semper quantum potest.

Infero secundò; corpora gravia, quo longius feruntur, & diutius moventur deorsum, ed moveri celerius, sicque eorum motum naturalem velociorem esse in fine, quàm in principio. Ratio est, quia quo longius feruntur, eo majorem in se impulsu producant, sicque novum semper habent, & perfectius principium motus, viresque acquirunt eundo. Cum ergo impulsus hic semper crescat, quo diutius res naturali cursu fertur, crescet motus: impulsus enim in quocunque est, producit motum, ut ostendi sect. præcedente, n. 5. & 6.

Quod verò gravia cadendo novum in se impetum producant, videtur manifestum, & tandem, licet invitatus, admittit P. Arriaga n. 106. alioqui nulla assignari ratio potest, cur duæ res ejusdem planè rationis, ac duritiei, & gravitatis, ut duo lapides quorum uterque sit sex librarum, si ex loco inæquali cadant, cur, inquam, ille qui ex altiori loco decidit, majorem impetum corpori obsistenti imprimat, & altius terræ infigatur, quàm alius. Quod magis adhuc urget, si ponamus unum ex lapidibus habere paulò minus gravitatis, & tamen ex loco longè altiore decidere: tunc enim hic multo majorem imprimit impulsu in corpus obsistens, quàm imprimat lapis ille gravior è propinquo tantum decidens. Hic autem major impulsus, positâ æquali duritie, in aliud principium refundi nequit, quàm in impetum majorem, quem diutius cadendo, lapis in se producit.

Dixi in rebus ejusdem rationis ac duritiei: si enim res molles, etiam velocissimè mota, avis ex. g. ut hirundo summâ celeritate volitans in hominem impingat non tantum ei impulsu imprimet; tum quia res molles ad hoc non sunt ita aptæ, tum quia earum partes cedunt nonnihil corpori duro obsistenti, sicque non tam fortiter in illud operantur.

Quæres, cur motus violentus velocior sit in medio, quàm vel in principio, vel in fine? Quod verò motus violentus velocior sit in medio, & docet Aristoteles l. 2. de cælo & mundo, cap. 6. tex. 35. & constat experientia: tormenta enim bellica multo fortius, & vehementius pulsant mœnia, si passuum aliquot intervallo distent, quàm si planè juxta illa collocentur: & siquis lapidem in murum conjiciat, multo fortius murum feriet, si spatio aliquo ab eo sit remotus, quàm si ei sit proximus.

Hæc mihi assignari videtur posse hujus rei causa, quod impetus semel productus, perat per certum tempus integer permanere, ut supra ostensum est; sicque corpus cui imprimitur, æquali velocitate per tantum tempus, & spatium ex se movet: cum vero glans illa ferrea aërem ante se propellens, valdè eum condenset, reliquæ partes aëris summo impetu se rarefaciant, ut spatium à glande relictum occupent, & vident vacuum.

Partes ergo illæ summâ vi ruentes, novum aliquem impetum glandi imprimunt, eoque majorem, quò longius (intero adhuc manente primo impetu) fertur. Quando verò impetus primus incipit deficere, motus etiam tam à primo impetu, quàm à partibus aëris productus decrescit, donec tandem totus definat. Unde, si projectio fieret in vacuo, æquè velox esset hic motus violentus in principio, ac in medio, & solum minus velox in fine. Hoc mihi videtur utique probabile, nec aliud occurrit. Siquis melius aliquid suggesserit, libens amplectar.